

Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s):

Titel | Title:

Gunnerus, Johan Ernst.; Joh. Ern. Gunneri.

Tractatio philosophico-theologica de
fundamento potestatis legislatoriae divinæ
genuino

Udgivet år og sted | Publication time and place: Hafniae ; Lipsiae : impensis Friderici Christiani
Pelt, 1766

Fysiske størrelse | Physical extent:

[8], 94 s.

DK

Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

UK

The work is free of copyright. You can copy, change, distribute or present the work, even for commercial purposes, without asking for permission. Always remember to credit the author.



Gunnern: de
Potestate Len-
gislatoria

81 - 23

DET KONGELIGE BIBLIOTEK



130020576155

17008 und 17009



Joh. Ern. Gunneri,

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS
NEC NON DIOECESIS NIDROSIENSIS, IN
NORVEGIA, EPISCOPI,

TRACTATIO

philosophico - theologica

de

Fundamento potestatis legislativiæ
divinæ genuino.



HAFNIAE ET LIPSIAE,

MDCCLXVI

impensis FRIDERICI CHRISTIANI PELT.

Bibliopola Regiæ Univers.

200

M



290

ILLUSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO
IN TOGA
HEROI
DOMINO
OTHONI THOTT

DOMINO
IN GAUNOEE, LINDESVOLD
ET
STRANDEGAART,
EQUITI ORDINIS ELEPHANTINI,
POTENTISSIMI DANIAE ET
NORVEGIAE REGIS AB INTIMIS
COLLEGII SECRETIORIS,
SUPREMO CANCELLARIAE DANICAE
PRÆFECTO,
COLLEGII ECCLESIASTICI GENERALIS
ET DE CURSU EVANGELII PROMOVENDO
NEC NON
SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM
PRÆSIDI GRAVISSIMO
UNIVERSITATIS REGIAE HAVNIENSIS

PATRONO
HOC TENTAMEN

D. D. D.

THE
SOCIETY OF
MUSICIANS
OF
LONDON

OF THE

ROYAL
ACADEMY OF
MUSIC
AND
DANCE
OF
LONDON
AND
THE
ROYAL
ACADEMY OF
MUSIC
OF
LONDON
AND
THE
ROYAL
ACADEMY OF
MUSIC
OF
LONDON

THE
ROYAL
ACADEMY OF
MUSIC

OF LONDON



TIBI, HEROS EXCEL-
LENTISSIME, hasce
meditationes, quæ in fun-
damento potestatis legis-
latoriæ divinæ, & hinc omnium obliga-
tionum nostrarum, genuino exponen-
do & contra omnes objectiones de-
fendendo occupantur, nullus dubito
dicare. TU enim, IPSE piissimus
& litteratissimus, Primus es inter eos,
quibus a MAIESTATE REGIA cu-
ra religionis & scientiarum publica,
apud nos clementissime demandata est.
TU omnium litteratorum omnium-
que bonorum PATRONVS es in-
dulgentissimus. Nec pauca sunt

) (2

TUÆ

TUÆ gratiæ documenta, quæ mihi
benignissime exhibere voluisti. Hæc
etiam publicum mea in TE pietatis
monumentum exigunt: Quod qui-
dem monumentum, ceu animi grati
TUÆque gratiæ observantissimi sig-
num, serena, ut soles, accipias fronte.
SUMMUM NOMEN seruet TE,
MÆCENATEM optimum, sospi-
tem & omnigena felicitate, florentif-
simum. Me autem TUA gratia con-
suetæ dignare.

NOMINIS TUI
ILLUSTRISSIMI ET
EXCELLENTISSIMI.

cultorem submissum
Joh. Ern. Gunnerum.



Lectori benevolo

S. P. D.

Auctor



Thema in hoc scripto expositum maximi esse momenti nemo negabit.

Ut autem in eodem pertractando majori procederem ordine, tractationem in duo dispefcui capita, quorum prius, a §. I. ad §. 8, de divino in hoc universum dominio, posterius autem, a §. 9. ad finem, de imperio DEI in suam civitatem agit; & hoc quidem sequentes exhibet meditationes: *Imam* de duplici

plici imperii divini cognoscendi ratione naturali, a §. 9. ad §. 18, II^{dam} de natura & adfectionibus imperii divini, a §. 19. ad §. 22, III^{tiam} de potestate divina legislativa, a §. 23. ad §. 38. An in hisce meditationibus calculos rite subtraxerim & scopo fecerim satis, lectoribus peritis judicandum relinquo. Cæterum maxime lætabor, si hæc opella ad perfectiones divinas & speciatim sapientiam, bonitatem ac justitiam divinam, nec non ad jura divina in nos & totum universum una cum nostris, quas DEO debemus, obligationibus, contra insultus rationis corruptæ & ἀπιστίας indies magis magisque invalescentis, vindicanda & ad convictionem solidam vivamque de iisdem in multis hominibus promovendam haud fuerit prorsus inidonea. Vale. Dabam Nidrosiæ d. XIII. Maji anno MDCCLXVI.



TRACTATIONIS

Cap. I.

de

Divino in hoc universum Dominia.

§. I.



DEUS OPTIMUS MAXI- Finis
MUS, pro infinita sua creatio-
sapientia, non potuit nis ulti-
non, in creatione hujus universi, mus, quis.

finem habere, cui omnes reliqui fines subordi-
narentur, ultimum; eumque sapientia, bonita-
te & sanctitate divina infinita dignissimum;
adeo quidem, ut finis creationis ultimus in
maxima, quæ per creationem & res creatas
obteneri potuit, perfectione certissime con-
sisterit. Hæc perfectio aut in DEO, aut in
mundo ponenda venit. At veroin DEO po-

A

ni

ni nequit: Etenim IS est ens in se perfectissimum, beatissimum, & sibi ipsi, infinita ratione sufficiens; eoque nullius rei indigens et nullius novarum perfectionum incrementi capax. Proinde perfectio per creationem universi obtinenda in ipso quaeratur oportet universo.

Verum in hoc universo res creatas ratione praeditas itemque hujus expertes a se invicem distinguimus. Quod ad naturas rationis expertes adtinet; earundem perfectiones per creationem, finis ad instar, obtinendas felicitati naturarum a ratione instructarum, per universalem hujus universi nexum finalem, subordinatas esse. Hanc vero, quam nominatum iri felicitatem, nulli alii perfectioni mundanae ulteriori subordinari posse, philosophis aequae ac theologis tam notum est quam quod maxime. Ex praestructis itaque pronon, ut ajunt, alveo sequitur, ut finis *creationis ultimae* nullus alius esse possit, quam *spirituum finitorum & speciatim hominum* maxima, quae obtineri potest, felicitas. Hanc conclusionem, ecquis non videt? amice cum sententia eorum conspirare, qui bonitatem DEI infinitam *causam impulsivam* creationis internam principem fuisse statuunt. Et, quam quæso aliam ac hanc, DEO quæ digniorem, causam creationis impulsivam internam poneremus? Cæterum probe cavendum est, ne gloria DEI ejusque illustratio, cum felicitate spirituum finitorum committan

mittantur: Etenim ex iis, quæ infra *) probanda sunt, satis patebit, hosce duos fines arctissime esse connexos, nec adversis inter se pugnare frontibus. **)

§. II.

Decretum creationis ad ea, quæ DEI DEUS per
sunt, seu, ut vulgo loqui amant, *ad* to creatio-
suum divinum pertinet. nem om-
nes res

Quare, quum omnes res creatæ ad de- creatas in
cretum creationis divinæ, ut effectus, suam rede-
ad suam causam, sese habeant: ad- git pote-
ferendum est easdem etiam *res creatas omnes* statem.

ferendum est easdem etiam *res creatas omnes*
sese ad ea, quæ DEI sunt, ceu effecta, ad suam
causam habere; eoque *tanquam* rationata seu
confectaria eorum, quæ DEI sunt, considerandas
esse. IS autem, in cuius potestate fuerit causa
aliqua, jus habet omnia effecta seu *confectaria*
ejusdem causæ, sive naturalia, sive a se ipso li-
bere producta (vulgo industrialia) in suam redi-
gendi potestatem seu ad suum referendi: Quæ
quidem propositio nititur canone metaphysi-
co: *In cuius potestate est causa, in ejusdem potesta-*
te etiam est effectus; ut taceam canonem juris na-

A 2

tura-

*) Vid. §. XXXIII. sqq.

**) Conf. LEIBNITH *theodicea* §. 116. sqq. p. 277.
sqq. ed. germ. GOTTCHEIDII Hannoveræ & Lipsi. 1744.
MOSHEIM in adnot. ad CUDW. *syft. intell.* pag. 1186.
itemque BURLAMAQVI in tractatu: *principes du droit*
naturel, part. II. ch. II. §. III, p. 22. ed. genev. 2.
MDCCXLVIII.

turalis: *Dominus* (etiam late dictus, ratione suarum virium & actionum habita) *jus habet re sua utendi, fruendi, seu, ut generatim loquar, consuetaria rei suæ, sive corporalis sive incorporalis **) (adeoque etiam *virium & actionum suarum*;) *ad suum referendi.* Proinde DEUS etiam propter jus, quod ipsi in decretum creationis competit, per consequentiam *jus omnes res creatas, ***) tanquam *opera manuum suarum in suam potestatem redigendi* habere censebitur. **EUM** autem *& revera easdem res omnes, per creationem in suam redegit potestatem;* exinde patet, quod eas, remediorum instar, ad finem suum ultimum promovendum produxit; *****) eoque satis declaravit, se eas sibi habere voluisse: Nam quidquid aliquis sibi habere, vel in potestatem suam redigere efficaciter & vult & simul tam physice quam moraliter potest; id certe jam in potestatem ejusdem redactum esse intelligitur; & hoc quidem per principium metaphysicum satis tritum: *A voluntate efficace ad existentiam rei, quam quis velit, semper valet consequentia, ubi nulla adfuerint impedimenta.* Nulla vero, in casu nostro, adfuisse impedimenta.

*) *Res corporalis* est, quæ *externe* sentiri (Stoici dicunt: tangi) potest: Quæ non; audit *incorporalis.* vid. L. I. §. I. ff. *de rer. divis & qualit.* & §. I. & 2. I. *de rebus corp. & incorp.* itemque *SENEC. epist. 106.*

**) Vid. *Psal. VIII. 4. 7.* (coll. *Ebr. II. 7.*) *Pf. XIX. 2. XCH. 5. Jes. LXIV. 7.*

***) Vid. §. I.

ta, seu, DEUM res creatas, omni respectu, tam moraliter, quam physice in potestatem suam redigere *potuisse*; exinde satis colligere datur, quod DEUS, ut probavimus, habet jus, easdem in suam redigendi potestatem: Nam, quod quis faciendi jus habuit, hoc ipsi & tam physice quam moraliter possibile sit, necesse est; ut, quod ad possibilitatem physicam adtinet vires omnipotentiae divinae infinitas taceam.

§. II.

Res, quae est in dominio vel potestate alicujus generatim i. e. quae ad $\tau\theta$ suum alicujus pertinet, aut est substantia existens (sive simplex e. gr. anima, sive composita e. g. corpus) aut est accidens quoddam substantiae alicui inhaerens (v. gr. obligatio activa, jus, vis seu applicatio vis alicujus, actio transiens &c.) Si prius est; nimirum si res, quae est in dominio vel potestate alicujus, sit substantia existens; *dominium* stricte & *proprie* tale obtinet, quod adeo est jus de substantia aliqua existente pro lubitu disponendi. Sin posterius; scilicet, si res, quae in dominio vel potestate alicujus est, sit accidens quoddam; *dominium* late & *analogicum* *) obtinet; quod itaque est jus de accidente quodam

Decretum creationis & applicatio vis divinae sunt in dominio divino tantum analogico (ad $\tau\theta$ suum DEI pertinent) Sed omnes res creatae sunt in dominio divino proprie & stricte tali.

*) Conf. WOLFII. I. N. II. C. II. §. 216

dam (re non substantiali) pro lubitu disponendi. Essentia physica seu existens alicujus substantiæ *jurisperitis* & dicitur *substantia*. Hac substantiæ definitione præstructa, patet, *dominium proprie tale etiam per jus de ipsa substantia alicujus rei pro lubitu disponendi*, exponi posse. *Jurisperitis* solenne est dicere; *dominium proprie esse rerum corporalium*. Sed hunc canonem qui ad sola dominia hominum adæquate applicari potest, hoc loco missum facimus, quum in eo sumus, ut *dominium divinum explicemus*, quippe quod, ut infra *) probabimus, non circa solas res corporales versatur. Hisce præstructis, cujus speciei sit *dominium divinum*, facillimo negotio determinare licet. Scilicet, si de *decreto creationis, & applicatione vis divinæ, quibus jus DEI* in omnes res creatas inniturur, sermo fuerit; utique largiendum est, *hæc non nisi in dominio divino late dicto & analogico esse*: Nihilotamen minus adserendum est, *omnes res hujus universi creatas, utpote substantias existentes, esse in dominio divino stricte & proprie tali*. Nescio itaque, cur nonnulli *dominium divinum* in omnes res creatas, non nisi sensu improprio, dari statuunt; quum omnia, quæ ad *dominium aliquod proprie* requiri possunt, in *dominio divino* deprehendantur. Solent autem potissimum urgere, *modum adquirendi, justumque acquisitionis, ut loquuntur,*

titu-

*) Vid. §. VIII.

titulum hic desiderari. Quam ob rem & id agam, ut pateat, cuinam acquirendi modo, pariter ac titulo, divinum innitatur, dominium. Paucis certe totam rem dicere mallet; Sed dissensus doctorum de diversarum acquisitionum speciebus, & diversa ratio, qua acquisitionem dominii divini sibi concipiant, in causa sunt, cur nonnulla juris naturalis principia, huc pertinentia, ante evolvenda & rite determinanda sint, quam ipsam rem adgredi liceat.

§. IV.

GROTIUS *acquisitionem* dominii (vel generatim juris realis) in *originariam* & *derivativam* dispescit. Per *illam*, ut meis rem explanem verbis, intelligit acquisitionem juris realis & speciatim dominii in rem non dominio subjectam: per *hanc* vero, acquisitionem, qua res jam alicujus dominii in dominium alterius transfertur. *) Qua definitione acquisitionis originariæ adsumta, non determinatur, quod res originarie acquirenda necessario sit nullius, scilicet juris. Ipsum GROTIUM nec ad essentiam acquisitionis originariæ

Acquisitio dominii & generatim juris realis, originaria versatur, non tantum circa res nullius juris, sed & circa res alicujus juris, at nullius dominii.

A 4

riæ

*) Vid. & conf. GROTIUS de I. B. & P. lib. II. c. III. §. I. sqq. p. 473. tom. I. ed. COCC. in Fol. Wratisl. MDCCXLIII. & PUFEND. J. N. & G. lib. IV. c. VI. §. I. p. 548. tom. I. ed. MASCOV. Francof. & Lips. MDCCXLIV. 4.

riæ requisivisse, ut circa res nullius juris verfa-
retur: satis insuper patet ex uberiore hujus ad-
quisitionis expositione ab ipso facta, ubi dis-
quirit, *) utrum concessione servitutis vel con-
stitutione pignoris aliquid originarii possit ad-
quiri. Patet hoc & inde, quod dominium ori-
ginarie olim per divisionem (communione sci-
licet, quam ponit primævæ) itidem acquiri po-
tuisse, statuit. **)

Nec aliter vocem: *originarium*; sumit, ubi
de acquisitione juris personalis & speciatim
imperii originaria & derivativa exponit: Ete-
nim, quum imperium in aliquem originarie
acquiri posse statuit, nil nisi hoc vult; impe-
rium in personam aliquam, quæ tali imperio,
in præsentia rerum non est subjecta, acquiri
posse. Ita igitur & intelligendus est, ubi. e. gr.
parentes in liberos ex generatione; maritum
in uxorem consensu; & dominium in servos
ante homines liberos, vel summum aliquem
imperantem in subditos, tam consensu, quam
delicto, & jure belli, imperium *originarie* qui-
dem, acquirere posse statuit. ***) Salva itaque
notione acquisitionis juris realis originariæ
GROTIANA, sequenti ratione procedere licet:
Adquisitio juris realis originaria versatur circa
res in dominio non existentes. Res vero hu-
jus-

*) I. c. §. II.

**) I. c. §. I.

***) Vid. GROT. I. c. lib. II. c. V. §. I. sqq. p. 537. sqq.

jusmodi generis sunt aut usitate & stricte *nullius*, seu ut alii loquuntur, *nullius juris*, in quas scilicet nemo jus quoddam reale generatim habet: *Aut alicujus juris*, (sed nullius domini) in quas nemo quidem dominium; aliquis tamen jus reale (exclusivum) habet. Hinc *acquisitio domini & generatim juris realis originaria versatur vel circa res nullius juris vel circa res alicujus juris; sed nullius domini*. Ejusmodi autem res *alicujus juris* (sed nullius domini) *concipi posse & dari* facile demonstrabitur: Nam *jus reale generatim* est jus alios ab usu alicujus rei excludendi; dominium vero jus de aliqua re pro lubitu disponendi. A jure autem excludendi ad jus pro lubitu disponendi, non concludere licet. Ergo res quædam, in quam quis habet jus reale (exclusivum) cogitari potest, licet nemo in eandem habeat dominium. Ergo res alicujus juris, quæ est nullius domini, cogitari potest. Ejusmodi rem & revera dari ita probo: *Ponamus avem nullius juris in museum Caji, per apertam involare fenestram*. Ponamus, eandem, fenestra adhuc aperta, libere in museo circumvolare. Sub his circumstantiis nondum in potestatem & dominium Caji redacta est avis. Sed nec amplius sub his iisdem circumstantiis, ut res nullius juris, considerari potest. Si enim hoc esset; quilibet eam occupandi jus haberet. Sed tali occupatione certe læderetur Caju. Quod si dicis, eam, si non oc-

cupata mox per fenestram avolaverit, brevi tantum tempore fuisse rem alicujus juris, & iterum in rem nullius abiisse; concedo. Atamen Cajus, ratione hujus avis, quamdiu in museo ipsius fuerit, habuit jus quemcunque tertium ab occupatione ejusdem excludendi & præ omnibus aliis, si fieri posset, occupandi. Nonne ejusmodi jus dixeris reale? Ponamus alias circumstantias, sub quibus Cajus fenestram antequam volucris avolaret, clausisset, vel volucrum alia ratione apprehendisset: tum & Cajo usui fuisset jus istud reale, quum in dominium abiisset. *Eadem est ratio bestiae ferae in territorio alicujus Principis libere vagantis & nondum occupatae.* Sumamus, solum Principem, dominis privatis exclusis, jus eam occupandi habere: quo posito, fera ista non est amplius res nullius juris, quæ cuilibet occupanti cederet. Sed nec sub circumstantiis jam determinatis, est res domini, quum nondum fieri possit, ut Princeps de eadem, utpote non occupata, pro lubitu disponat. Si dicis, Principem jamdudum *jus* eam una cum pluribus aliis ejusmodi rebus, sic dictis publicis, in suam potestatem exclusive redigendi, *occupasse*, repono per hanc loquendi rationem, nisi sit prorsus inanis, nil nisi hoc intelligi posse: *Solum* Principem jus occupandi, eoque merum quoddam jus reale exclusivum quomodocunque habere: Et hoc est, quod volumus. *En tertium rerum genus!* Si ho-

hominem privatum jure, in suo prædio venandi gaudentem Principi substituis, nil in ipsa re mutatum esse videbis. Sicco pede prætereo, omnes alias res juris publici vel privati nondum occupatas, certe etiam huc referendas. Huc etiam nonnulli, ni fallor, jure referunt varias accessiones rerum humanarum novas. v. gr. Foeturam animalis nondum a domino animalis occupatam; itemque alios fructus rerum nostrarum. e. g. alicujus arboris nondum in potestatem nostram redactos seu perceptos. Hisce addunt *haereditatem jacentem*, quam haereditas antequam hæres eandem, aut quomodo-cunque adierit, aut repudiaverit, vel missam fecerit; nec res nullius juris nec res domini habetur. Hinc etiam factum est; ut cel. DARIES omnes res alicujus juris, sed nullius domini, *res jacentes* vocaverit. *)

§. V.

*Occupatio generatim & late est actio, qua quis aliquam rem **) in suum recipit. Hæc res est vel nullius vel alicujus juris, vel tandem domini.* Si istud; Occupatis
ejusque
species.
occu-

*) *In instit. jurispr. univers. §. 460. p. 239. ed. 2. itemque in instit. jurispr. privatae romano-Germanicæ. §. 21. p. 11.*

**) Scil. strictè dictam seu substantiam vulgo (sed conf. §. III. & VIII) rem corporalem. Hoc itaque loco missum facimus significatum occupationis latissimum, quo definiri solet per actionem, qua quis aliquid generatim. e. gr. jura vel vires alterius in se suum recipit.

occupatio primaria: Si illud; *occupatio secundaria*: Sin hoc; *occupatio late* obtinet: Ad ultimam nimirum occupationem late dictam referenda est occupatio bellica. *Occupatio primaria ab aliis principalis*; & *secundaria*, minus *principales*, itemque *accessoria*, dicitur. Sed quoniam non omnes doctores easdem semper ideas, cum occupatione principali & minus principali seu accessoria combinant, quas ego quidem occupationi primariæ & secundariæ conjunctas volo, prioribus vocibus abstinere consultius duxi, præsertim quum voces: *accessio* & *accessorium*; ad vires, facta, & opera DEI minus commode adplicentur. Potuissem quidem cum DARIESIO *) occupationem secundariam generatim *aditionem* vocare; & ita occupationi primariæ nomen *occupationis* speciatim & ἀπλῶς quod huic ante fuerat relinquere; At vero metuo, ne vox *aditio*; inconcinne & incommode de DEO dicatur. Quam ob rem, in præsentia, & hac abstineo.

§. VI.

Adquisitio
juris realis
origina-
ria, ratio-
ne sui
funda-
menti, est

*Adquisitio juris realis originaria, si ratione sui fundamenti consideratur, vel immediata legis dispositione vel facto occupationis **) proxime nititur. Ita, ubi fera bestia territorium Titii ingressa fuerit; hic immediate ex lege jus habet*

*) In *instit. jurispr. priv. rom-germ.* §. 45. p. 22.

**) Vid. §. IV. & V.

bet quemcunque tertium a suo territorio & hinc etiam a feræ istius occupatione prohibendi; adeo, ut Titius, hac occasione, in feram, nondum occupatam, jus reale exclusivum, *originarie* quidem & *immediate ex lege*, sibi adquisiverit. En *acquisitionem juris realis originariam, quæ nullum per se inferat dominium.* Quodsi (ut ad alterum progrediamur casum) adquisitio juris realis originaria facta occupationis nititur; tum demum ad dominium acquirendum tendit, & occupatione vel primaria vel secundaria peragitur, prout res occupanda vel nullius vel alicujus juris fuerit. Ex præstructis adparet, *non omnem acquisitionem juris realis originariam esse occupationem* quandam vel primariam vel secundariam. *)

vel immediata vel occupatoria. Nec semper ad dominium acquirendum tendit.

§. VII.

Jam fundamentum domini in hoc universum & simul quantum id requiri poterit, tam *modum acquirendi*, quam *titulum* acquisitionis divinæ exponere licet. Scilicet triplicis generis sunt jura, quæ hic considerata veniunt. **) *Primum est jus* seu dominium analogicum, *quod DEUS in suas vires suumque speciatim*

Fundamentum
1) juris DEI in suas vires.
2) juris omnes res creatas in suam redigendi potestatem; &
decre-

*) §. IV. V. VI.

**) §. II.

g) domi- *decretum creationis habet.* Hoc vero
 nii divini ad jura DEI essentialia & absoluta per-
 in hoc tinet. Qua de re nullam adquisitio-
 univer- nem, & hinc etiam nullam adquisitio-
 sum. nis titulum exigit. *Secundo loco conside-*
randum est, jus DEI omnes res creatas in suam
potestatem redigendi; Cujus juris adquisitio est
originaria & quidem immediata, immediate
scilicet innixa canoni juris naturalis: Quilibet per
se habet jus, omnia causata & consecrata virium
*suarum, si scilicet voluerit, in re suam recipiendi. *)*
 Qui quidem canon simul *justum* hujus adquisi-
 tionis titulum præstat. *Tertio ipsum dominium*
 divinum proprie tale in totum hoc *universum*
 perpendendum est: Hujus autem *adquirendi*
modus generatim itidem est originarius; sed spe-
ciatim occupatione absolvitur. Queritur autem,
 quænam intelligenda sit occupatio, utrum pri-
 maria, an secundaria? Sunt, qui primariam in-
 telligunt, illudque inde probare volunt, quod
 omnes res creatæ ante creationem, per quam
 factum occupationis peractum est, res nullius
 fuerint. Sed 1) res creatæ ante creationem
 consideratæ, utpote tum nude possibiles, inter
 res referri nequeunt, adeoque nec proprie res
 nullius dici possunt. 2) *Omnes res creatæ, ut*
effectus virium divinarum, propter canonem
juris naturæ nuper allatum in se & necessario,
occupatione licet divina cogitando præcisa, res
 ju-

*) Conf. §. II.

juris divini exclusivi sunt; adeo, ut, me iudice, nulla ratione nomine rerum nullius (scilicet juris) venire possint. Attendamus animum ad fructus alicujus arboris Caji, ex arbore adhuc pendentes, vel in hortum Caji deciduos, de quibus nondum constat, utrum Caju eos sibi habere velit an non. Ita etiam præsto sunt res, quæ ratione Caji, occupatione scilicet nondum facta, in se quamprimum provenerint, juris realis exclusivi sunt. An vero de his dicere licet, quod a Cajo occupandæ sint, occupatione primaria, & hoc quidem unice ex ea ratione, quod ante proventum nullius fuerint? Eadem est ratio foeturæ alicujus animalis &, ut alia plura præteream, omnium rei nostræ accessionum industrialium factis nostris productarum. Ultimum tandem casum, tanquam scopo nostro aptissimum, retineamus. Ponamus itaque Caju ex ligno suo formare statuam aliquam (nam ex nihilo substantias *) formare, hoc DEI proprium est;) Quæritur, quali jam Cajo opus sit occupatione, ut dominium hujus statuæ sibi adquirat? Scio equidem, haud paucos egregie doctos dari, qui existimant, omnia rerum & virium nostrarum consecraria & causata jam ipso jure dominii, & per consequentiam quandam, ad rō nostrum ita pertinere, ut nullo, ad dominium in eadem adquirendum, facto nullaque speciatiim occupatione,

opus

*) Vid. meas *instic. metaph.* §. 468. p. 402. sqq.

opus sit. Qui huic sententiæ addictus fuerit; sine dubio adferet, Cajum dominium in statuam, ceu novam ligni sui formam, ipso jure dominii adeoque immediate ex lege & per consequentiam sibi adquirere; Nec ullus dubito, quin is, qui hanc opinionem foverit; ipsum dominium divinum in res creatas eadem ratione, explicatum eat. At omnia, ni valde fallor, planiora fiunt, ubi ad ejusmodi acquisitiones factum quoddam requiramus, unde constare possit, dominum rei vel virium accessiones, de quibus loquimur, sibi & habere *velle*, nec eas ab ipso, ut interdum fit, esse derelictas. Hinc statuo, aliquem dominium in omnes ejusmodi accessiones, effectibus virium non exclusis, occupatione quidem secundaria, sibi adquirere. Quocirca & eadem ratione acquisitionem dominii in novas rerum nostrarum formas, immo vel ipsam divinam dominii in omnes res creatas, acquisitionem commode exponi posse judico. Probe autem notandum est, ubi ad dominium alicujus entis intelligentis in res ab ipso libere productas acquirendum. Factum occupationis, nimirum secundariæ, requirimus, nos minime urgere, quod hocce factum ab ipso facto productionis necessario & realiter semper differat. Ita factum Caji, quo novam ligno suo formam inducit (vulgo factum specificationis) si simul omnium circumstantiarum diligenter habeatur ratio acquisitione dominii

sæpe sufficere potest. Idem sine ulla restrictione, de facto creationis divinæ sentiendum est, quum DEUS per creationem, ut in tractatione superiore *) monui, satis superque declaravit, se omnes res creatas sibi habere velle. Nec illud prætereundum esse duco, acquisitionem juris divini exclusivi in omnes res creatas immediatam & ipso jure, per consequentiam factam, **) nec non acquisitionem ipsius domini divini occupatione secundaria, peractam, una existisse, adeo, ut prioris juris adquisitio tantum *in puncto* (ut ajunt) *rationis* acquisitionem domini divini antecesserit. Eadem est ratio acquisitionis immediatæ nudi juris realis exclusivi, quod dominus aliquis in accessionem industrialem quandam rei suæ a se ipso productam, ex lege, habet, & domini, quod in hanc eandem accessionem occupatione, nanciscitur: Sæpenumero enim fit, ut eodem tempore, quo accessionem istam producat, simul satis perspicue declaret, se eam sibi habere velle; quum utraque adquisitio itidem una existit. Et quid obstaret, quo minus utraque simul existeret, quum sola posterior, scilicet adquisitio domini, facto acquirentis, nempe occupatione quadam, nitatur, prior autem, nimirum adquisitio nudi juris realis exclusivi memorati sola juris seu legis dispositione perficiatur.

B

Re-

*) Vid. §. II.

**) Vid. §. II. & VI.

Restat quidem adhuc *titulus acquisitionis domini divini* seu causa ejus remota & vulgo justificatoria. Sed quum modus acquirendi hujus domini divini sit occupatio secundaria, nemo non videt, titulum exinde repetendum esse, quod omnes res creatæ in se sunt juris exclusivi divini: Nam omnis res juris alicujus exclusivi & simul nullius domini per jus naturæ, illi in dominium cedit, qui jus istud exclusivum habeat, si nimirum rem occupaverit.

§. VIII.

Natura & adfectiones domini divini. Dominio itaque divino in omnes res creatas demonstrato ejusque fundamentis corroboratis: me accingo, ad ea exponenda, quæ ad naturam & adfectiones domini divini rite intelligendas poterunt facere. Ne autem ambages quæram; omnia, quæ scopo meo inservitura esse putem, sequentibus includam propositionibus.

I. Dominium DEI, ratione objectorum habita, circa omnes spiritus finitos, animas mere sensitivas seu irracionales, elementa metaphysica & omnia corpora, adeoque etiam circa omnia tria naturæ regna, animale scilicet, vegetabile & minerale versatur. Quapropter *dominium divinum est prorsus universale*. Hinc DEUS, tam a Melchisedeco Gen. XIV. 19. quam ab Abrahamo cap. cit. comm. 22. DEUS *fortis, excelsus cæli tellurisque possessor* (vel proprie-

prietarius seu dominus) *) dicitur. vid. & *Deut.*
X. 14. Pf. XXIV. 1.

II. DEUS jure sui dominii, de substantiis omnibus mundanis earumque fructibus & confectionariis realibus pro sua voluntate disponere potest, adeo ut *jus habeat substantias mundanas*, quascunque velit, si IPSI & sapientiæ IPSIUS ita visum fuerit, *abolendi* & hinc vel destruendi & physice corrumpendi, vel pro diversitate objectorum, annihilandi. Ex quo sequitur, ut DEUS jure Dominii, pro sua voluntate sanctissima, *de vita & nece omnium hominum* immo omnium substantiarum disponere possit. conf. *Jes.* XLV. 9. *Rom.* IX. 19. 21.

III. *Dominium DEO non in res tantum, sed in personas etiam est plenum & reale*; qua quidem ratione valde differt a dominio hominum in personas seu dominio herili & domestico, utpote quod nullum dominium reale; sed potius nudum jus quoddam operarum & dominatio quædam seu imperium quoddam est, jus vitæ & necis per se, nulla turbatione præstructa, haud quaquam juste involvens.

IV. Quum DEUS propter suam infinitudinem summamque impassibilitatem & independentiam realem obligari & limitari nequeat; *dominium IPSIUS prorsus absolutum & illimitatum* habendum est, ita, ut exercitium ejus a sola vo-

B 2

lun-

*) קנה נה vel extra regimen. קנה נה quæ vox & acquirentem significat.

luntate divina pendeat. Sed quum DEUS nil unquam velit perfectionibus suis moralibus suoque fini ultimo contrarium: satis superque liquet, *exercitium domini DEI ita per morales IPSIUS perfectiones finemque IPSIUS ultimum determinari, ut nullum sit periculum, ne DEUS exercitio sui domini de nobis aliisque rebus creatis aliqua ratione felicitati hujus universi contraria disponat.* *)

V. Omne dominium, immo *omnia jura*, quibus in nosmet ipsos & alios hujus universi personas vel res gaudemus, *soli debemus DEO.* **) Adeo ut ratione rerum hujus universi habita, quæ in nostro dicuntur esse dominio, nil nisi beneficiarii simus, vel dominio ad voluntatem DEI restricto vel solo usu rerum præditi: Nam omnibus rebus creatis, de quarum substantia vel

*) Hinc patet, eos minus recte de DEO sentire, qui sibi persuadent, DEUM propter suum dominium, omni respectu, non physice tantum, sed & *moraliter*, pro lubitu quodam, quem dicunt illimitatissimum, nulla salutis nostræ & universi habita ratione, de nobis disponere posse; quemadmodum nos de vermibus aliisque animalibus irrationalibus maxime contentis disponimus.

**) Hinc TERTULLIANUS de patientia c. VII. Et inquit, *quod nostrum videtur, alienum est.* Nihil enim nostrum, *quia DEI omnia, cujus ipsi quoque nos.* Et PHILLO, judæus in libro de Cherubim p. 127. opp. & francof. MDCXCI. dicit: *Nos alienis utimur possessionibus: Nec gloriam, nec divitias, nec honores nec imperia, nec alia quæcunque, animæ sive corporis, tanquam propria possidemus, imo ne vitam quidem: Solum enim usum (χρησιν) habemus.*

vel consecrariis nobis disponendi potestas a DEO concessa est, prorsus ex voluntate DEI, ad scopum determinatum, nimirum finem divinum ultimum promovendum, & nunquam ulla ratione huic contraria, uti oportet. Quando itaque de hominibus dicitur, quod de substantia omnium rerum, in dominio ipsarum positarum pro arbitrio disponere possint: hoc tantum de foro externo valet, quatenus scilicet exercitium ejusmodi dominii, non in præjudicium alicujus tertii cesserit. Quod enim ad forum internum & conscientiae adinet: *Omnis homo DEO & conscientiae suae rationes exercitii dominii sui, quemadmodum & omnium reliquorum suorum jurium reddere debet.*

Cap. II.

de

imperio DEI in suam civitatem.

Medit. I.

de

duplici imperii divini cognoscendi
ratione naturali.

§. IX.

Imperium DEI tam ex dominio **IP-** Prima im-
SSIUS, quam ex fine divino ultimo perii divi-
αμέσως derivari potest. Primo ita- ni demon-
stratio ex
que

dominio
divino de-
ducta.

que illud ex dominio divino deriva-
tum ibimus. Scilicet DEUS jure sui
dominii universalis; jus habet, illudque
cogens, *) de substantia omnium spirituum
finitorum & speciatim hominum, eoque etiam
de viribus & actionibus eorundem omnibus
pro sua voluntate, ad finem suum ultimum pro-
moendum disponendi. Proinde IPSI & com-
petit jus (cogens) de actionibus omnium spiri-
tuum finitorum & speciatim hominum mora-
libus, pro sua voluntate, ad finem suum ulti-
mum promovendum, disponendi. Jus autem
cogens de actionibus alicujus moralibus, pro
sua voluntate, ad finem quendam determina-
tum, disponendi, *audit imperium proprie & stricte*
tale. Quapropter DEO jure dominii IPSIUS
universalis, *imperium etiam in omnes spiritus fini-*
tos & speciatim homines proprie competit.

Quod ad *acquisitionem hujus imperii divini,*
hac ratione considerati, adinet; per se patet,
eam, jure dominii divini immediate niti adeo-
que *originariam & immediatam* esse, vel, ut alii
loquuntur, per consequentiam & ipso jure, ef-
se ponendam. *Iustus itaque acquirendi titulus,*
ex eo repetendus venit, quod DEUS est Domi-
nus omnium virium spirituum finitorum &
speciatim hominum: Etenim dominus omnium
virium alicujus spiritus, & jam jus de actioni-
bus hujus moralibus pro sua voluntate dispo-
nen-

*) Vid. §. VIII. n. II.

nendi, adeoque & imperium in eundem jure habet. Cæterum, nemo non videt, dominio divino in spiritus finitos per occupationem secundariam, adquisito, *) eodem tempore etiam dominium in vires eorundem spirituum, eoque & simul imperium divinum, occupatione nimirum secundaria, mediate & implicite adquisitum fuisse.

§. X.

Ita ea, quæ HERTIUS & Theoria
BARBEIRACUS aliique de fun- Hertii &
damento imperii divini cogitave- Barbejraci
re, tali, ni fallor, ratione tradidi, recensita
ut nexus conclusionum cum suis prin- & dijudi-
cipiis genuinis distincte pateat. Etenim HER- cata.
TIUS, dissensu ab opinionibus PUFENDORFII
& HUBERI declarato, de fundamento imperii
& omnis obligationis ita differere pergit: **)
*Verior est ratio & planior: DEUM, cum produ-
xerit hominem, potuisse eundem velut opificium suum,
pro summa sua sapientia fingere & efformare; cui
proinde seu omnipotentis obsequium hominis respon-
dere debet. Nec alia ratione calculos subducit
BARBEIRACUS: Ita enim inquit: ***) Ad hoc,
meo judicio, redeunt reliqua omnia: nempe ad de-
pendentiam naturalem, qua universi homines imperio*

B 4

Nu-

*) Vid. §. VII.

*) Vid. PUFEND. I. N. & G. lib. I. c. VI. §. XII. not. I. H. pag. 100. sqq. tom. I. ed. MASCOV. Francof. & Lips. a. MDCCXLIV.

**) Vid. PUFEND. de O. H. et. C. lib. I. c. II. §. V. p. 54. sqq. not. 3. BARBEIRACI, ex latina versione SEB. MASSON, Giessæ, 1728.

Numinis subsunt, eo quod ab ipso existentiam, vitam, & motum habeant: Opifex quippe, qua talis, operis sui arbiter est, ac pro lubitu de ipso potest disponere, etiam si nil ipsi præter formam induxerit. Quod si statuarius propria virtute conficere statuas animatas valeret, ipsisque inditi intellectus verus auctor foret: hoc ipso jus consequeretur, causamque abundantem exigendi, ut fabricatum manibus suis dotatumque a se intelligendi facultate, marmor aurumve suæ se voluntati subjiciat. Idem juris & parentes in liberos obtinerent, si quidem in generandis illis quid præter cæcæ instrumenta & causas, ut ita loquar, occasionales forent: quo deficiente, eorum quoque auctoritas ex alio fonte derivatur. At DEUS cum matericæ tum formæ partium, quibus constamus, auctor in solidum est. Corpora ac animas nostras condidit omnesque, quibus præditæ sunt, facultates ipsis largitus est. Potest itaque illis facultatibus, quos vult, limites præscribere, atque postulare, ut iisdem homines non nisi hoc vel illo modo utantur. Inde etiam nihil frequentius validiusque inculcat revelatio, quam dogma creationis mundi in universum ac specialiter hominum. Hoc quoque principium ipsi gentiles, quamvis haud ita liquido, agnoverunt &c. Unicum, quod, me iudice, in hac theoria HERTII & BARBEIRACI, præter distinctam principiorum evolutionem, desiderari posset, hoc est; quod VIRI ISTI ERUDITISSIMI non simul monstraverint, tam dominium DEI, quam inde deductum imperium

IPSIUS, per finem DEI ultimum ita determinari, ut nemo rationem metuendi posset habere, ne DEUS pro voluntate quadam mere subjectiva, de hominibus eorumque actionibus moralibus & felicitate disponderet.

§. XI.

Sed dominium divinum in totum hoc universum non esse unicum imperii divini cognoscendi principium, persuasissimus sum. Quocirca *secundo* operam dabo, ut pateat, hocce imperium etiam *αἰετός* ex fine DEI ultimo, dominio scilicet divino mente præciso, *juste derivari posse*: En ipsam probationem, DEUS, ut ens sapientissimum, finem suum ultimum & summum, quem creando habuit; *) *moraliter*, id est, salvis suis perfectionibus, moralibus, salvoque scopo essentiali, omnium naturarum ratione præditarum ultimo & summo, eoque & salva omnium harum naturarum felicitate & summa mundi, quæ obtineri poterit, perfectione, *non potest non* ratione omni conveniente promoveri. Ecquis igitur inficias iret, *DEUM in finem suum ultimum & summum jus habere?* Quid enim amplius ad jus quoddam requisiveris, præter facultatem moralem agendi? Hanc vero in casu, quem possui, obtinere, satis, ut arbitror,

Altera imperii divini demonstratio incipit. Scilicet DEUS in finem suum ultimum habet jus.

B 5

bitror,

*) §. I.

bitror, adparet. Nec facile rerum peritus ob-
 jiciet, facultatem moralem, per quam jus quod-
 dam constituitur, esse facultatem, lege quadam
 competentem & hinc eandem superiorem ali-
 quem sibi præstruere, eoque ipso in DEUM non
 cadere. Etenim definitio de facultate morali
 ita intellecta, ad modulum naturæ humanæ li-
 mitatæ & legibus subjectæ composita est. An
 vero ideo naturam quandam, quod perfectissi-
 ma & legibus libera est, omnibus facultatibus
 moralibus stricte dictis & hinc omnibus juribus
 destitui arbitrabimur. Nonne potius perfectis-
 sima ejusmodi natura omnia ea, quæ infinitæ
 ipsius Sapientiæ, bonitati, justitiæ, ac sanctitati,
 & fini ipsius ultimo, non ulla ratione repug-
 nant, moraliter facere posse, ideoque etiam in
 hæc omnia jus habere censebitur? Utcunque
 res sint, omnes sapientes, ni fallor, concedent,
 ad facultatem illam moralem, quæ jus aliquod
 dabit, nil amplius generatim requiri posse,
 quam facultatem libere agendi, per quam, nul-
 læ violantur leges, sit venia voci, competentes.
 Quo præstructo, nemo negare potest, DEUM
 facultatem moralem, pro jure sumtam, ratio-
 ne omnium eorum, quæ legibus naturalibus
 haud repugnant, certissime habere. Adduca-
 tur itaque lex naturalis, quæ juri DEI in finem
 IPSIUS ultimum e diametro opponeretur. Sed
 vero, ut rem paucis expediam, probabo, nul-
 lam talem dari legem naturæ. Nam omnes
 le-

leges naturales adeo sunt comparatae, ut vel ad perfectiones hominum augendas, vel ad imperfectiones eorundem avertendas tendant. Tertium non datur. An vero quis putaret, finem DEI ultimum, qui ipsa felicitate spirituum finitorum & speciatim hominum communi absolvitur, vel & jus DEI in hunc finem utpote unice in eandem felicitatem promovendam, augendamque tendens, isti omnium legum naturalium scopo jam determinato posse contradicere? Et deinde, quomodo jus DEI in finem suum ultimum, omnibus quippe perfectionibus divinis moralibus & ipsi fini divino egregie consentiens legibus naturalibus harumque scopo contradiceret? Quicumque hoc statueret, utique leges naturae, nulla prorsus ratione nec effective nec approbative divinas haberet, & finem DEI ultimum longe alium ac scopum legum omnium naturae summum putaret. Sed nil magis quam hoc absolum esse potest. Hinc adparet, nil amplius ab eo, cui jus quoddam divinum probare incumbit, exigi posse, quam, ut demonstret; facultatem illam divinam libere agendi, quae jus quoddam involvere adseritur perfectionibus divinis moralibus haudquaquam repugnare. Tacui leges divinas positivas: Nam, si DEUS salvis omnibus suis perfectionibus moralibus, salvisque omnibus legibus naturae, jus in finem suum ultimum habet, nemo adseret, hoc idem jus legibus

gibus divinis positivis repugnare, nisi simul statuat, leges positivas non legibus tantum naturalibus, sed & ipsissimis perfectionibus divinis moralibus per se contradicere posse. q. a.

§. XII.

Corroboratio ulterio-
rior demonstrati-
onis juris DEI in
finem suum ulti-
mum.

Et quid, quæso, ex fine DEI ultimo fieret, si DEUS nullum jus eum promovendi haberet, & hinc ab omni cura ejusdem excluderetur? Itane hæc cura solis naturis finitis & maxime limitatis, hominibus nimirum & aliis spiritibus creatis, relinqueretur? Ecquis vero putaret, sic tutam præstitum iri totius universi salutem & felicitatem? *Felicitas* est status perfectus ex bonis moralibus & physicis (fortunæ) resultans, seu, quod idem est, prospera beatitas. Hinc colligere datur, ad felicitatem nostram requiri, *α*) virtutem. *β*) bona & jucunda virtutis confectaria, eoque & tranquillitatem conscientiæ ex virtute & harmonia actionum nostrarum liberarum cum scopo nostro essentiali oriundam, *γ*) bona physica & fortunæ miseriam exclusura, *δ*) statum voluptatis ex harmonia rerum circumstantium cum virtute & beatitudine nostra proficiscentem & hinc *ε*) tranquillitatem animi saltim præponderantem, ad quam quidem constituendam, præter tranquillitatem & pacem conscientiæ, etiam status voluptatis jamjam, numero prægresso, de-

determinatus concurrat. *) An hæc omnia sine ulla providentia divina præstari posse arbitraberis? Quod quidem si fieri posset, sane frustra esset, omnis providentia divina; quam tamen hoc loco, ut verissimam & certissimam præstruimus. At vero, ut convictio de nostra totiusque mundi indigentia, eoque de necessitate providentiæ & curæ divinæ circa salutem & felicitatem universi facilitari possit, ea; quæ maxime ad rem adtinent, quasi digito monstrabo. Hæc autem ad sequentia redeunt momenta. 1) Sine conservatione & concursu divino, nec essemus, nec moveremur & ageremus, adeoque nec nobis liceret esse prosperis & beatis. *) 2) Omnes res mundanæ, quibus ad prospere & feliciter vivendum, utimur & fruimur a DEO pendent. 3) Virtus nostra & beatitudo contra varios insultus hominum malevolorum, & varia, præsertim ea, quæ a solo naturæ cursu, pendent, infortunia, tranquillitatem animi nostri, si non penitus perturbatura, saltim valde labefactura, a solo DEO præstabitur tuta: Et, ut de malevolis speciatim dicam, qui omnium hominum metu vacuissimi sunt; quaritur, quale vinculum, præter divinum, super sit, istis nebulonibus imponendum. Nonne

*) Cæterum vid. meas *instic. theol. d. gn. Jenæ* MDCCLV. 8. proleg. cap. I. §. 14. p. 28.

**) Hinc OPPIANUS, *Halieut. l. 2. v. 4. Quid, inquit, valemus nos homines sine Diis?* &c.

ne omnes, qui DEUM aliquem EUMque saltim naturæ auctorem & nexis mundani statorem admiserint, concedere debent, haud raro dari casus, in quibus salus nostra valde periclitaretur, & de illa fere actum esset, nisi DEUS hominem aliquem scelestum, quem jus fasque humanum non moverit, per terrisonum istud divinum: SACER ESTO, a nobis prohibuisset. 4) Toto animo cogites, velim intellectum omnium spirituum finitorum oppido limitatum; & concedes, eos omnes, curæ salutis universi minime ita sufficere, ut rationem perfectionis & salutis TOTIUS semper haberent; 5) Nec sine ratione metuemus, ne homines, si DEUS a cura felicitatis universi excluderetur, & ipsi voluntatis divinæ ignari vel incurii sibi prorsus relinquerentur, egoismum moralem justum æquumque haberent, & casu collisionis obtinente, salutem temporalem privatam salutem aliorum, immo totius universi turpissime præferrent. 6) Remedia virtutis & beatitudinis, ne naturalia quidem, sine DEO, EIUSque concursu, morali obtinere possunt. 7) Remedia autem hæc eadem haud quaquam sufficiunt; Etenim, pro statu rerum præsentem, nullum *certum* remedium natura innotuit, cujus beneficio pax conscientiæ inquietæ, solida scilicet & inconcussa, obtineretur. *) Hoc itaque remedium ipse DEUS præ-

*) Vid. meas *Instit. theol. dogm. proleg. cap. II. de scriptura sacra. §. I. pag. 69-71. de necessitate revelationis*
su.

stabit & revelabit. Taceo difficultates maximas, quibus, ratione dominii omnium peccatorum abolendi & virium nostrarum in via virtutis sufficienter confortandarum habita, valde sine concursu divino supernaturali, premimur, ita quidem, ut omni sæpe labori succumbamus.

8) Novimus & quotidie experimur, felicitatem hujus vitæ vel maxime splendidam, propter infirmitates varii generis morales variaque infortunia valde debilitari, & hinc. proh dolor! admodum imperfectam esse. Quis autem eam omnibus scilicet infirmitatibus moralibus & infortuniis, a nobis prorsus averruncatis, in beatitudinem, consummatam commutabit, nisi OPTIMUS MAXIMUS DEUS? Et væ mundo, væ nobis miseris omnibus, præsertim autem iis, quorum virtus cum innumeris malis & ærumnis, nec non intensissimis cruciatibus & doloribus, per totam vitam miserrimam conflictatur, sæpenumero tantum non oppressa: Si nulla cælitus adfulgeret spes, post omnes labores & dolores exantlato feliciter ex omni, ut ita dicam, vado & igne emergendi. Ex hisce momentis omnibus jam expositis, satis, me iudice, patet, necessitas curæ divinæ de felicitate universi conservanda & amplificanda: Hac autem necessitate probata, demonstrationem nostram *)

de

supernaturalis item DARIESI. element *Phil. moral. germ.*
part. gen. sect. IV. de necessitate ethices supernaturalis
§. 181. sqq. p. 129. sqq.

*) §. XI.

de jure DEI in finem suum ultimum, corroboratum iri, nemo non videt.

§. XIII.

Altera
corrobo-
ratio pro-
bationis
juris DEI
in finem
suum ulti-
mum.

Verum enim vero & alia ratione ex momentis paragrapho prægresso plenius enumeratis, ratiocinando, nostram corroborabimus demonstrationem. Scilicet eadem momenta docent, nullum spiritum finitum, nullumque speciatim hominem sine DEO EIUSQUE cura, & directione gratiosa, felicitati hujus universi communi vel & propriæ *physice* operari posse. Ubi vero omnis potentia, aliquid præstandi physica prorsus exulat; ibidem & omne exulabit jus: Hoc enim, ceu facultas moralis, sine omni possibilitate vel potentia physica nunquam cogitari potest. Ergo *nullus spiritus finitus, nullusque speciatim homo, ad DEUM relatus, ratione felicitatis suæ aliorumque conservandæ vel amplificandæ habita, jus aliquod habet*: At vero omnia, quæ concipi possunt, jura in felicitatem nostram aliorumque spirituum, vel conservandam vel amplificandam, collineant. Quapropter conclusio jamjam adserta; de omnibus prorsus spiritibus finitis & speciatim hominibus, sine ulla addenda restrictione, valebit; adeo quidem, ut *nullus, spiritus finitus nullusque homo ad DEUM*
rela-

relatus, ullum habeat jus. *) Quatenus quis nullum jus habet eatenus nec lædi potest. Quæ de re, nullus spiritus finitus a DEO lædi potest. Ex quo, nova ratione **) adparet, DEUM, sine ulla læsione, jus in felicitatem omnium spirituum finitorum communem promovendam, ceu finem IPSIUS ultimum, sibi vindicare. Si quis objiceret, spiritibus tamen finitis, jura a DEO gratiose concedi, quæ forte, acquisitione juris DEI, in finem suum ultimum & eo ipso in spiritus finitos, læderentur: regerendum esse duco, omnia ejusmodi jura concessa, jus DEI in finem suum ultimum sibi præstruere & ab eodem pendere; adeoque huic juri divino minime repugnare posse. Et quis putaret, DEUM rebus creatis jura juribus ipsis divinis contraria daturum esse?

§. XIV.

Ius hominum oritur ex lege vel qua tali, seu, quatenus lex eodem, qui jus habent, ad idem illud, circa quod jus eorum versatur præstandum obligat, vel non. Si prius obtinet, nimirum si jus, quod quis ad præstandum aliquid habet, inde oritur, quod lex eum ad idem præstandum obligat; jus ipsius est

Ius DEI
in finem
suum ultimum est
moraliter
necessitans.

C

(mo-

*) Patet hoc & ex §. VIII. n. V. sed jam ex alio argumentandum erat, principio, propter initium §. phi XI.

**) Vid. §. XI. itemque XII.

(moraliter) *necessitans*: Sin posterius, nimirum si jus non ex lege, qua tali seu obligante, sed potius inde proficiscitur, quod lex de aliqua re non disponit vel eandem libertati hominis alicujus relinquit; *jus* (pro facultate scilicet sumtum) permissum sive *licitum* itemque *indifferens*, dicitur. DEUS quidem, ut in tractatione superiore*) probavi, proprie obligari & legibus subijci nequit: Attamen, quum *perfectiones* EIUS morales IPSI, ut ita dicam, *loco legum sint*: Omne jus divinum, cujus exercitium perfectiones divinæ morales expostulant, ceu (moraliter) *necessitans* concipi potest: *Ex quo* concludimus, *jus DEI*, quod *in finem suum ultimum* habet, non *indifferens* esse, ita, ut jus illud exercere vel & eidem renunciare moraliter posset; sed potius *necessitans*: Probavimus **) enim DEUM, salvis suis perfectionibus moralibus, non posse non, ratione omni commoda, finem suum ultimum promovere. ***)

§. XV.

*) Vid. §. VIII. n. IV.

**) Vid. §. XI.

***) Non est, quod, propter talem necessitationem, de libertate divina metuamus. Etenim tantum abest ut libertas facultate, quadam morali stricte dicta, per legem competente, unice absolvatur: ut in potentia quadam physica, seu in viribus (hic & hunc) agendi & non agendi; hoc & aliud agendi consistat, quatenus nimirum hæc potentia intellectum in suo subjecto sibi præstruit. Ex quo patet campum libertatis DEI & omnipotentia EIUS æque late patere, & ad optimum minime restringendum esse,

§. XV.

Quod ad *acquisitionem hujus juris DEI in finem suum ultimum actinet*, ex prægressis facile colligitur, eandem esse *originariam & simul immediatam*, ex perfectionibus nimirum divinis moralibus *) vel (quod eodem redit) ex lege summa universi seu regula optimi & felicitatis aliter non impetrandæ, **) immediate derivandam. Quo quidem respectu hæc *acquisitio divina eas acquisitiones juris personalis humanas maxime refert*, quæ ex lege quadam ad salutem humanam generatim vel ad securitatem & felicitatem societatis alicujus particularis, e. g. civitatis speciatim respiciente, immediate sunt deducendæ. Huc. v. gr. referri debet *acquisitio patriæ potestatis dispositioni quippe & obligationi cuidam legali, in salute humana, rationem habenti, immediate innixa*. Notum est THOMASIIUM GRIEBNERVM, RUDIGERUM, GLAFEY, aliosque viros sagaciores, omnia etiam jura, quæ romani ex suis quasi-*contractibus fictis deducunt, ex puriore, quem jam indigitavi, fonte, nimirum æquitate seu immédia*

Funda-
mentum
jus DEI
in finem
suum ulti-
mum seu
modus
ejusdem
adqui-
rendi.

C 2

ta

esse, conf. meas *instic. theol. dogm.* p. 290. sqq. *it. instic. metaph.* Hafn. & Lips. MDCCLVII. 8. p. 273. sqq. item tr. *de libertate.* Jenæ MDCCXLVII. 8. §. 50. sqq. p. 59. sq.

*) §. XIV.

**) §. XII.

ta legis dispositione, ad salutem civitatis respiciente, recte quidem, maluisse derivata. Taceo innumera alia jura, immediate ex legibus naturæ vel in nosmet ipsos nostrasque actiones, vel & in alios, tum ex collisione, e. gr. ex favore necessitatis, & sic dicta *ratione status*, tum ex jure læsi in lædentem, seu jure belli, nobis acquisita.

§. XVI.

DEUS habet jus de actionibus spirituum finitorum moralibus, ad finem suum ultimum obtinendum, pro sua disponendi voluntate.

DEUS jure, quod IPSI in finem suum ultimum competit, habet jus felicitatem spirituum finitorum, omni, qua commode fieri potest, ratione conservandi, & amplificandi. *) Hocce autem jus DEUS prorsus exercere nequiret, nisi simul jus de actionibus spirituum finitorum moralibus, *ad finem determinatum*, sapientissime disponendi haberet: Nam, sine certa actionum istarum moralium conformatione & directione, felicitas Universi a DEO minime conservari & amplificari potest. **) Quapropter DEO certe etiam competit jus de actionibus omnium spirituum finitorum moralibus ad finem memoratum sapientissime disponendi: Etenim qui ad unum duorum necessario con-

*) §. XI. fqq.

**) §. XII. & præsertim theoria felicitatis.

connexorum jus habet, etiam ad alterum jus habere censendus est. *Quod si autem DEUS jus de actionibus omnium spirituum finitorum moralibus ad finem determinatum sapientissime disponendi habet: IPSI etiam jus de iisdem actionibus, ad eundem finem, pro sua voluntate, disponendi, competat, necesse est: Cujus quidem propositionis hypothesis jam jam evicta est: Nec connexio antecedentis & consequentis longa indiget probatione. Nam notum est, voluntatem DEI liberam, de qua loquimur, semper ad infinitam IPSIUS sapientiam sese componere; id quod nemo negabit, qui voluntatem DEI, æque ac sapientiam IPSIUS, ad objecta sese semper conformare, noverit. Quatenus itaque DEUS, pro sua sapientia, disponit; eatenus & pro sua disponit voluntate, & vice versa. Huc accedit, quod DEUS, quum nulla ratione limitari & obligari queat; in nullis dispositionibus & decretis, ad ullius alterius præscriptum, adstringi potest; sed semper pro suo voluntate, licet objectiva, liberrime agit.*

§. XVII.

Verum enim vero, si DEUS, pro sua voluntate, objectiva, de actionibus spirituum finitorum moralibus, ad finem suum ultimum promovendum, disponet: hæc dispositio naturæ spirituum, & speciatim hominum,

Hinc DEO in omnes spiritus finitos, & speciatim homines competit imperium

proprie
 tale.

morali conformis sit, necesse est. Ea autem est natura hominum reliquorumque spirituum finitorum, ut sese totos ad certum finem ipsis præfixum haud componant nisi bona quædam & mala, tanquam elateres animi, seu rationes voluntatem moralem moventes, actionibus eorum fuerint connexa; adeo quidem, ut bona confectaria actiones fini determinato conformes; mala vero contrarias excipiant: Quæ quidem veritas lege ipsa voluntatis psychologica nititur. Hinc adparet, non fieri posse, ut DEUS de actionibus spirituum finitorum moralibus; pro sua voluntate, ad finem suum ultimum obtinendum, efficaciter & naturæ spirituum morali conformiter disponat, nisi bona & mala, tanquam motiva, actionibus eorundem moralibus connexuerit, per quæ se determinare possunt ad ea omnia agenda, quæ felicitas communis exoptulat; ea vero prorsus omittenda, quæ felicitati isti repugnant. Hæc itaque bonorum malorumve cum actionibus connexio est, remedium, omni quidem respectu conveniens, sine quo DEUS jura sua exercere nequit; eoque DEUS etiam jus habet hoc eodem remedio utendi: Nam qui habet jus ad finem quendam; is & ad omnia remediæ, omni respectu, physice scilicet & moraliter convenientia, sine quibus finis iste obtineri nequit, jus habeat, oportet. Quum vero
 DEO

DEO ita competat jus, pro sua voluntate ob-
 jectiva, bona actionibus fini divino conformi-
 bus, mala autem oppositis connectendi; IPSE
 & per consequentiam, jus habet hominibus &
 generatim spiritibus omnibus illis, qui sese ad
 finem istum divinum non conformare velint,
 remediis quidem omnibus mitioribus frustra
 applicatis, pro sua voluntate, mala sapientissi-
 me inferendi & quidem tot ac tanta, quot &
 quanta finis DEI ultimus exposulaverit. Po-
 namus, mala naturalia, in casu quodam, fini
 divino sufficere: ita DEUS illis alia positiva
 non addet. Ponamus autem, illa, non suffice-
 re; certe DEUS etiam jus habet, pro sua vo-
 luntate, mala positiva addendi. Hinc facile
 efficitur, *jus DEI, quod habet de actionibus, omni-
 um hominum, & generatim spirituum finitorum mo-
 ralibus ad finem suum ultimum pro sua voluntate
 disponendi, esse cogens; juri quippe mala inferen-
 di connexum. Ius autem cogens de actioni-
 bus alicujus moralibus ad certum finem pro
 sua voluntate, disponendi est imperium proprie
 tale. *) Ergo DEO in omnes homines aliosque
 spiritus finitos competit imperium proprie tale.*
 Hæc est altera, de imperio divino, demonstra-
 tio, ex jure scilicet DEI in finem suum ultimum,
 nullo ad dominium divinum respectu habito,
 immediate deducta. **)

C 4

§. XVIII.

*) Conf. §. IX.

**) Vid. §. XI. XV.

§. XVIII.

Comparatio inter hanc imperii divini & demonstrationem patrie potestatis instituitur.

Ut vero quilibet de hac posteriore imperii divini deducendi ratione, ejusque veritate, eo facilius convincatur: demonstratio de acquisitione patriæ potestatis, ceu imperii alicujus parentum in liberos, quemadmodum hæc demonstratio a recentioribus rite conficitur, cum nostra de imperio divino comparetur: Ita autem, quod ad acquisitionem patriæ potestatis, argumentatio breviter formetur: *Essentialis finis generationis propagatio & salus generis humani exigat, ut parentes suos liberos educent, adeoque de actionibus eorum ad finem educationibus obtinendum, pro sua voluntate *) disponant. Ergo parentes ad hanc dispositionem obligati sunt, eoque ipso ad eandem jus habent. Hoc vero jus ea, quam finis requirit, ratione, non exercere possunt, nisi & jus habeant liberis, qui aliis remediis & motivis flecti nolunt, mala sapienter inferendi. Ergo parentes habent jus de actionibus liberorum, ad finem educationis obtinendum, pro sua voluntate disponendi, juri quidem cogenti connexum. Quapropter & parentibus, quatalibus, immediate ex lege & jure expletionis, imperium*

*) Voluntatem parentum aliis subjectorum varia ratione limitari posse, quilibet concedet. Sed nihilominus certo respectu, pro sua voluntate de actionibus liberorum disponere possunt.

rium in liberos, qua educandos, competit. Nec alia ratione argumentando imperium divinum ultimo demonstravimus; quod facile ex ipsa patet demonstratione, quæ quidem, si eam libere contrahere lubet, ita fiet: *Finis essentialis creationis, *) felicitas omnium spirituum finitorum* exigit, ut Deus de actionibus eorum moralibus, pro sua voluntate sanctissima & benignissima, ad finem istum obtinendum, sapientissime disponat **) quum spiritus finiti sibi prorsus relictæ ac concursu & directione divina destituti fini determinato adsequendo non sufficiant. ***) Ergo Deus infinita sua sapientia, bonitate & sanctitate moraliter necessitatur ad dispositionem in se suscipiendam, ****) & hinc ad eandem jus habet. †) Hoc jus vero, ea, quam finis requirit, ratione, non exerceri potest, nisi DEUS & jus habeat iis, qui sese fini divino haud conformare velint; aliis scilicet remediis mitioribus, frustra adplicatis, mala inferendi. ††) Ergo DEO CREATORI, qua tali, immediate ex lege & regula salutis universi, IURE quasi EXPLETIONIS, competit jus cogens de actionibus spirituum finitorum moralibus, pro sua voluntate, ad finem suum ultimum obtinendum, disponendi. Quapropter

C S

DEUS

*) §. I.

**) §. XVI.

***) §. XII.

*****) §. XI. coll. §. XIV.

†) §. XI. XIII. XIV.

††) §. XVII.

DEUS imperium in omnes spiritus finitos jure habet. Cæterum parentes nullum in liberos haberent imperium, nisi illis a DEO esset concessum.

Meditatio. II.

de

Natura & adfectionibus imperii divini.

§. XIX.

Imperium DEI est absolute summum & monarchicum. Societas est status, per quem unus ad determinatum quendam finem jus perfectum & adfirmativum in alterum habet. Ad societatem itaque generatim requiritur 1) status, scilicet perdurabilis, seu status actui cuidam transi-
turo oppositus, 2) Jus (α) perfectum seu cogens, & (β) adfirmativum, i. e. ad actiones alterius commissivas respiciens: cui juri in illo altero, obligatio perfecta & adfirmativa respondeat, oportet. 3) Dependencia juris, quod unus in alterum habet, a statu determinato, adeo, ut quis ideo, quia in hoc statu est, jus istud in alterum habeat. Quapropter, nec, in definitione societatis, dixi: *status in quo* &c. sed *per quem* unus in alterum jus habet. 4) Finis quidam determinatus, ad quem jus istud tendit. In societate aliqua obligatio unius socii a voluntate alterius pendet vel non. Si prius;

prius; *societas inæqualis*: sin posteriùs; *æqualis* stricte dicitur. Hinc facili negotio efficitur; *omne imperium societatem quandam, eamque inæqualem, ponere & vice versa.* *) Quum itaque DEUS omnium spirituum finitorum imperans sit; sequitur, ut, *cum his omnibus societatem quandam universalem constituat, eamque inæqualem,* quæ quidem societas, quum scopus ejus salus & securitas spirituum finitorum sit haud incommode nomine CIVITATIS DEI seu regni divini *moralis, insigniri solet. Imperium civitatis dicitur summum, &, si individuo competit, monarchicum. Ergo imperium DEI est absolute summum & monarchicum, illique omnes spiritus finiti & speciatim homines sunt subjecti. Quapropter & DEUS a divo PAULO **) REX regum & DOMINUS dominorum vocatur.*

§. XX.

Adquisitio imperii divini summi Imperium DEI non non pacto & consensu quodam subditorum nititur; sed immediata est, voluntarium, sed nimirum pro diverso ejusdem imperii cognoscendi principio vel ex dominio divino ***) vel ex ipsa necessitate

*) §. XVII. x.

**) 1. Tim. VI. 15. coll. 1) Apoc. XVII. 14. XIX. 16. 2) 1. Tim. I. 17. Adde Jes, LXVI. 1, 2. (coll. A&. VII. 49.) & Jes. XL. 22. 23.

***) §. IX.

absolutum. tate & salute civitatis DEI *) (ex quodam jure quasi expletionis **) immediate deducenda. *Hinc imperium DEI summum & monarchicum non, ex parte IPSI, subditorum, voluntarium, sed potius necessarium est; adeo ut omnes athei, & contra majestatem divinam rebelantes imperio divino summo, sive velint, sive nolint, subiecti sint.* Docent quidem nonnulli SIBI DOCTISSIMI, omne imperium pacto inniti adeoque voluntarium esse. Sed IIS demonstrationes nostras de acquisitione imperii divini immediata opponimus. Immo IIS & opponimus *societates humanas inaequales necessarias* immediate legibus innixas quarum *imperium & necessarium* statuendum est: Huc pertinent 1) societates & speciatim civitates, jure belli occupatae, in quibus victi vel invitissimi, imperio victoris subjiciuntur. 2) Societas paterna, in qua parentes, ut supra ***) probavimus, immediate ex lege & jure expletionis (scilicet ex eo, quod jus ad finem, jus ad remedia, omni respectu convenientia, praestit) imperium in liberos necessarium habent. Quicumque in ejusmodi societatibus necessariis ad consensum quendam confugere vult, is certe consensus praesumptos & interpretandos, contra omnem probabilitatem & pra-

*) §. XV.

**) §. XVIII. coll. §. XIV.

***) §. XVIII.

& præter necessitatem mirifice finget. *) Nemo itaque ideo causam minimam habet de iustitia imperii summi divini, ratione tituli acquisitionis, dubitandi, quod necessarium est.

DEO, propter summam a mundo independentiam suamque impassibilitatem obligari & limitari nequit: Ergo *imperium DEI etiam est prorsus absolutum*, ita ut ejus exercitium per solum finem divinum ultimum & attributa **IPSIUS DEI** moralia sit determinandum.

§. XXI.

Quum dominium, qua tale, ad substantiam rei, **) imperium vero, licet vel maxime majesticum sit, per se, imperantis nempe & societatis læsione vel jam facta vel imminente non præstructa, tantum ad actiones subditorum morales respiciat: ***) magnum satis inter utrumque, statuendum est discrimen. Quapropter etiam *dominium & imperium divinum*, quod ad conceptus, quos de utroque habemus, formales, a se invicem sunt distinguenda. Nihilominus dominium DEI in totum hoc

Imperium & dominium divinum differunt quidem; at tamen connexa sunt. Hinc civitas DEI despotica est.

*) Vid. meam tract. theol. de *imput. peccat. adam. physica seu non morali tamen justissima.* Hafniæ MDCCLVIII. in 4to §. XIX-XXIV. p. 69-108.

** §. III.

*** §. IX.

hoc universum imperium IPSIUS in civitatem suam, complectitur, *) adeo ut tota civitas DEI imperio & dominio IPSIUS simul subjecta sit. Quapropter statuendum est, *civitatem divinam esse regnum despoticum.* **) Sed civitatis Divinæ despoticæ & civitatum humanarum despoticarum seu patrimonialium diversissima est ratio indolesque; In omnibus enim societatibus humanis despoticis, sive simplicibus sive compositis, scopus præcipuus est utilitas imperantis sive summi sive subordinati, privata. *Civitas itaque humana despotica vel patrimonialis esset, civitas, in qua omnia utilitati privatæ alicujus principis subordinarentur.*

Nonne autem ita repugnantia conjunguntur & summa imis miscentur? Anne sic omnia bona civitatis publica & subditorum privata in bona principis privata mutantur, & tota salus publica in privatam abit? Ubinam est nexus publicus? Quisnam est finis hujus civitatis? Certe non securitas & felicitas omnium civium,

*) §. VIII. IX.

**) Ex hac ratione, quod civitas divina est despotica & omnia bona ejusdem proprie DEI sunt, PHILO judæus de Cherubim. p. 128. opp. adserit DEUM esse unicum civem, homines vero in civitate divina, non ut cives, sed potius ut advenas & inquilinos considerandos esse. Cum nullus homo, ad Deum relatus, aliquid juris proprii habeat. Sed hoc non obstante homines ex concessione DEI jus civitatis divinæ habent. Nec PHILO negat, homines ad homines relatos aliquid juris proprii habere posse.

vium, principis scilicet & ipsi subditorum, communis; sed potius utilitas privata alicujus domini personarum, qui ea propter & potius nomen heri vel patrisfamilias præpotentis, quam summi imperantis, meretur; nemo enim negare potest, aliquam civitatem, quam primum imperio cuidam despotico humano subjiciatur, talem esse desinere & in societatem aliquam domesticam, eamque majorem, mutari: *) Quemadmodum de Roma, tempore Neronis, poeta quidam ingeniose cecinit. **)

Roma domus fiet, Vejios migrate coloni,

Si non & Vejios occupet illa domus.

Sed non est, quod in civitate DEI despota talem majestatis & imperii summi cum imperio aliquo despotico herili vel domestico; itemque salutis publicæ cum privata confusio- nem, & hinc oriundam tyrannidem, metua- mus: Etenim an nos homunciones vel tantil- lum

*) Conf. GROTIUS, de J. B. et P. Lib. III. Cap. VIII. §. II. de gentibus fœvis.

**) Apud Sueton. in Ner. c. 35. Hinc imperator AUGUSTUS appellationem *domini* à se prohibuit; prout perhibet SÆTON. Lib. 2. c. 53. ubi hæc habentur verba: Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium, semper exhorruit. Quum spectante eo ludos, pronuntiatum esset in Mimo: *O dominam æquum & bonum!* & universi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent; & statim manu vultuque indecoras adulatio- nes represlit, & in sequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco passus est, atque hujusmodi blandicias etiam inter ipsos prohibuit.

lum ad utilitatem SUMMI & BEATISSIMI nostri IMPERANTIS, DEI, promovendam facere possumus? Quod si aliquid IPSI utile futurum a nobis præstandum esset; aliquid ad perfectiones divinas conservandas aut augendas facere valeremus. Sed quid magis, quam hoc, absolum esse posset. Quando igitur DEO servire & officia præstare dicimur, non DEI, sed nostram aliorumque utilitatem veram & felicitatem promovemus, & ita salutem civitatis divinæ publicæ seu communi & nostræ privatæ operamur. In nulla itaque civitate salus nostra & omnium civium subditorum publica tam tuta, quam in civitate DEI despotica, præstari potest; quum, quod probe notandum est, *dominium DEI illimitatum in omnes res creatas cum summo & absoluto imperio DEI in suam civitatem ad veram omnium civium DEO subditorum felicitatem communem promovendam amicissime conspiret* *) Cæterum nemo non videt, civitatem DEI unicam esse societatem, quæ nomen societatis ἀπὸ λῶς despoticæ jure meretur: nam dominium, quod in societatibus humanis, quas vocant despoticas, locum obtinet, non est nisi dominium quoddam personarum: Hoc vero, (ut in superioribus, **) de dominio personarum humano generatim dixi) *judicio sanioris rationis*, non est dominium aliquod in personas proprie tale & pro-

*) §. I. XI. XIV.

**) §. VIII, n. III.

& proprietatem involvens, (licet jam dominia hominibus erga se invicem relatis ex gratia divina alias competere concedamus) sed tantum imperium aliquod, per jura subditorum naturalia naturaliter limitatum, id quod, vel & de societatibus Romanorum domesticis despoticis temporis antiqui certissime valet. Immo ne ipsum quidem jus Romanum servis statu talibus, perfectis & obnoxiiis omnia jura naturalia hominis denegabat: nam, quando servi, jure Romano, capite, seu statu morali, destituti, nec non ἀπρόσωποι, dicuntur & rebus vel hominibus mortuis, immo nihilo, comparantur; semper ad statum civilem & obligationes juraque civilia respicitur. Si itaque statum hunc civilem, & speciatim statum libertatis, civitatis & familiaris, cogitatione mittimus; certe iidem servi statum moralem, nempe naturalem, eoque ipso obligationes & jura naturalia habebant: Quapropter & hoc respectu, ab ULPIANO *) personarum, (licet serviles) vocabantur.

§. XXII.

Ex iis, quæ de imperio divino præstruximus, jam facili infertur negotio, *illud* præ omnibus aliis, quotquot sunt, imperiis *nomen imperii paterni optime mereri*: Etenim, licet vel

Imperium
DEI, licet
summum
absolutum
& despo-
ticum sit,

D

ma-

*) L. 22. ff. de reg. juris.

tamen,
summo &
æquissimo
jura, pa-
ternum
dici debet.

maxime absolutum sit & despoticum; nihilo tamen minus exercitium ejusdem semper, nulla inde in DEUM redundante utilitate, in salutem nostram omnium tendit, ita quidem, ut DEUS id unice agat, ut veram salutem, cujuslibet spiritus finiti & speciatim hominis, si fieri possit, privatam: sin minus: suæ civitatis publicam, quantum fieri potest, promoveat. Quod itaque ad spiritus finitos hominesque æternum infelices adtinet; Convictio, quam de infinita DEI sapientia, bonitate & justitia, habemus, non patitur, ut ullam in DEUM transferamus culpam. *) Caeterum vide 1. *Theodiceam* ad calcem institutionum mearum theologiæ dogmaticæ & 2. *Tract. meum de imputatione peccati adamitici physica, seu non morali, tamen justissima.* Hafniæ, 1758. in 4to.

Med. III.

de

potestate divina legislatoria.

§. XXIII.

Deus, qua
summus
civitatis
suæ impe-

Deus, qua summus civitatis suæ imperans, habet jus actionibus spirituum finitorum, IPSI subjectorum,

mo-

*) Conf. §. XXIV. ejusque simul *notam*, huc pertinentem.

moralibus, bonis quidem bona, malis autem mala consecraria connectendi; ut illos ad finem IPSIUS ultimum promovendum moveat fortissime. *) Hinc omni jure concludimus, DEUM, ut summum civitatis suæ imperantem, *habere jus, omnes spiritus finitos, qua IPSI subjectos, obligandi, ad omnes suas actiones morales, fini divino ultimo conformandas.* Nos autem hic rite conclusisse quilibet rerum peritus concedet, quamcunque demum sapientum de obligatione definitionem suam fecerit. Caeterum haud nego, me præstruxisse, *obligationem esse connexionem. **) motivorum* (scilicet materialiter & objective sumtorum seu bonorum, vel malorum consecratorum ***) *cum actionibus alterius liberis.* Nec me temere, hoc saltem loco, hanc definitionem obligationis præstruxisse arbitror: Etenim, si ad obligationem necessitationem moralem agendi urges: eandem & hic adesse adparet; ubi enim bona vel mala consecraria actionibus nostris fuerint connecta,

rans, habet jus omnes spiritus finitos obligandi ad omnes actiones suas morales fini IPSIUS ultimo conformandas, illudque jus etiam revera exercuit.

D 2

nexa,

*) §. XVII.

**) i. e. Actuationem nexus (inter actiones liberæ & bona vel mala consecraria) adeo ut is, qui nexum istum tantum significat, non pro obligante habeatur.

***) Nam aliquis potest esse obligatus, licet nondum bona vel mala consecraria actionibus suis legitime connecta perspiciat, si modo perspicere potuerit.

nexa, sub conditione bonorum impetrandorum vel malorum evitandorum, ad ita nec aliter agendum moraliter necessitamur. Si quis majorem velit necessitationem moralem, fortiusque vinculum, quo adstringeremur; memor esto, libertatem suæ naturæ conformiter esse flectendam. Si ad objectum obligationis affirmativæ veræ actiones vere bonas, eoque finibus rerum essentialibus conformes: & ad objectum obligationis negativæ veræ actiones vere malas ac finibus rerum essentialibus contrarias, desideras, sane, si nulla alia, tum obligatio, de qua in probatione nostra unice loquimur, divina huic tuo desiderio ex asse faciet satis. Si denique ad vim alicujus obligationis aliquem, qui jus actionibus bona vel mala connectenda habeat, & speciatim superiorem vel imperantem, requiris: nec hunc in obligatione divina desiderabis, utpote quæ DEUM, summum & justissimum nostrum imperantem habet auctorem. Si itaque hasce determinationes nostræ de obligatione definitioni addere placet; per me lubentissime liceat, præfertim quum omnibus talibus determinationibus probationi nostræ de jure obligandi DEO competente nil omnino derogetur. Quid? quod forsitan nulla veritatis tam evidentis probatione opus erat: Ecquis enim unquam negaverit, omnem justum imperantem jus sibi sub-

subditos obligandi habere *) *DEUM autem non tantum jus obligandi habere, sed hoc ipsum jus etiam revera exercuisse, exinde efficitur, quod, nisi DEUS motiva actionibus spirituum finitorum connexuisset; non remedia ad finem suum ultimum obtinendum necessaria, huicque sufficientia, adhibuisset. **) Et ita eundem finem non efficaciter voluisset. q. a. ***). Quocirca adserendum est, DEUM revera motiva actionibus spirituum finitorum, ad finem IPSIUS ultimum promovendum connexuisse eo-que eos revera obligasse; id quod & inde facile colligitur, quod jus DEI finem suum ultimum promovendi, & hinc omnia remedia ad hunc finem necessaria eligendi, est moraliter necessitans, quod quidem DEUS non potest non exercere. †) *Existentiam obligationis divinæ naturalis* probare supersedeo, quum hæc ab omnibus sapientibus concedatur. *Dari autem & obligationem divinam positivam* ex iis, quæ in sequentibus, ††) de legibus divinis positivis probabimus, satis patebit.*

§. XXIV.

DEUS non tantum habet jus bona & mala consecretaria actionibus, Omnes obligatio- nes divi-

D 3

spi-

*) Conf. & §. XIX. n. 2.

**) Vid. Démonstr. §. phi XVII.

***) Vid. §. XI. & §. XIV.

†) §. XIV.

††) Conf. §. XXVIII.

sunt cogentes. Spirituum finitorum liberis connecten-
 di; sed & iis, qui sese ad finem IP-
 SIUS ultimum non conformare velint, mala
 sapienter inferendi, *) unde quidem jus co-
 gens imperii divini deduximus. **) Hinc satis
 superque efficitur omnes obligationes divinas &
 naturales & positivas, obligatis nimirum ad
 DEUM relatis, esse cogentes seu perfectas. Hoc
 autem nemo rerum peritus ita intelliget, ac si
 Deus omnes homines aliosque spiritus finitos
 ad viam virtutis & felicitatis calcandam sem-
 per secundum quid cogeret: tantum enim abest,
 ut talis coactio universalis & continua virtutem
 & felicitatem in majorem gradum proveheret,
 ut eas debilitaret, & mirifice minueret. Quo-
 circa nec ejusmodi omnium spirituum finito-
 rum, & speciatim hominum, coactio univer-
 salis & continua in DEUM cadere potest. ***)
 ubi

*) §. XVII.

**) §. XVII.

***) Nec Deus eandem, ut arbitror, ob causam per coactio-
 nem aliquam secundum quid talem vel generatim per moti-
 va extraordinaria us, quæ hominibus integris suggererat,
 adhuc fortiora, lapsum impedire voluit, vel salvo suo fine
 ultimo, moraliter potuit, licet hoc ipsum, sine omni dubio,
 salva essentia libertatis humanæ, DEO physice possibile
 fuisset: Si enim Deus talibus remediis & meritis cogenti-
 bus, vel generatim extraordinariis, justo fortioribus, liber-
 tatem humanam plus justo limitasset: gradus libertatis, qui
 hominibus relinqueretur, fuisset minimus, & fere infinite
 parvus; unde nec proficisci potuisset nisi virtus minima &
 felix.

ubi itaque omnes obligationes divinas cogentes vocamus, potius (uti ex ipsa hujus propositionis probatione satis liquet) hoc volumus, DEUM habere jus omnibus iis, qui contra finem civitatis IPSIUS summum et ultimum egerint, mala inferendi, EUMque etiam hæc mala justitia (seu bonitate EIUS sapienter applicata) id urgente; optima visa occasione, sapientissime inferre, eum in finem, ut salus, si fieri possit, & publica totius civitatis divinæ & simul privata ejus civis, cui mala inferuntur: vel, si uterque iste finis, propter enormem indurationem & continuum ac insanabilem talis subditi rebellantis conatum efficacem suam aliorumque felicitatem destruendi, obtineri nequeat; saltem salus & securitas civitatis divinæ publica, quantum fieri poterit, promoveatur. *)

D 4

§. XXV.

felicitas tantum non infinite parva & misella; quibus valde præstat virtus & felicitas humana, quæ jam Oeconomia scilicet gratiæ præstructa, ab omnibus, qui eam non repudiaverint, obtineri potest. Quod ad angelos lapsos adinet; nullus dubito, quin & iis spes salutis restituendæ concessa fuisset, nisi DEUS prævidisset, omnes eorum omnia remedia salutis restituendæ pertinaciter repudiaturos esse. Nec convictio, quam de fine ultimo & bonitate DEI habeo, patitur, ut mihi persuadeam, DEUM, ad lapsum eorum impediendum, aliquid, quod moraliter fieri potuisset, omisisse. Cæterum vide meam theodiceam ante excitatam.

*) Conf. §. XXII.

DEUS, seu
summus
civitatis
suae impe-
rans, habet
ius omni-
bus spiriti-
bus finitis
leges præ-
scribendi,
ad quas
actiones
suas mora-
les con-
formare
debent:
Immo &
revera il-
lis leges
præscrip-
sit.

*Lex proprie talis est propositio (seu regula obligans. Grotius, *) hisce Characteribus, præter actus morales, addit: ad id, quod rectum est; quos Characteres nec nego. Nam ad nil, nisi quod rectum est, seu quod finibus rerum essentialibus convenit, **) juste obligari possumus. Hinc SOCRATES apud PLATONEM. ***) Lex, inquit, haud mala, seu maligna, ****) est; itemque dicit: ****) Neque enim congruit, iniquam †) constitutionem ††) legem esse. Leges autem circa actus morales versari; hoc itidem ex notione obligationis, †††) satis liquet. Quare ex notione legis subpeditata, sine ulteriore ambage, sequenti ratione argumentor: posita obligatione activa imperantis, ††††) certissime ponitur Lex.*
Qua-

*) De I. B. & P. lib. I. c. I. §. IX. p. LXXXVIII. Tom. I.

**) Lege non præstructa; rectum aliter definiri nequit.

***) In MINOE, p. 565. ed. Francof. a. MDCII.

****) πονηρός.

*****) L. c. ead. pag. paullo post.

†) πονηρόν.

††) δόγμα.

†††) Vid. § XXIII.

††††) Hæc determinatio in gratiam eorum, qui ad legem superiorem aliquem requirunt, addita est.

Quare, quum Deus, ceu summus civitatis suæ imperans habeat jus omnes spiritus finitos ad suas actiones morales fini IPSIUS ultimo conformandas obligandi: *) IPSI &, ut summo civitatis suæ imperanti, *competit jus iisdem omnibus leges ad finem IPSIUS ultimum obtinendum tendentes, præscribendi, ad quas actiones suas morales conformare debent.* EUM autem hoc jus etiam exercuisse, exinde patet, quod obligatio divina revera datur, **) adeo, ut *nullum dubium sit, quin leges divinæ, ad finem civitatis DEI ultimum obtinendum collineantes, dentur.* Hoc ipsum autem etiam exinde facile colligitur, quod *nulla civitas sine omnibus legibus concipi potest.* Scilicet, qua quidem ratione gubernaret summus aliquis imperans civitatem sine legibus. Nonne hoc idem esset ac navim ingentis molis a ventis vehementius agitatum, sine gubernaculo, regere? Hinc CICERO ***) „*mens,* „*inquit, & animus & consilium & sententia civita-* „*tis posita est in Legibus. Ut corpora nostra sine* „*mente; sic civitas sine lege suis partibus, ut nervis* „*ac sanguine & membris, uti non potest.* „ Quid? quod *nulla prorsus societas omnibus legibus moralibus viduata confisteret & vigeret.* ****) Quem-

D 5

ad-

*) §. XXIII.

**) §. XXIII. coll. §. XXIV.

***) Pro cluent. 146. c. 53.

****) Conf. PUFFEND. I. N. et G. libr. II. c. i. §. VIII. Tom. I. p. 149.

admodum *nec ulli mortalium sine hoc vinculo liceret esse felici.* DEUS quidem OPTIMUS MAXIMUS, curam salutis nostræ providentissimam agens, voluntati nostræ, *regulam physiologicam* præscripsit, propter quam omnia, quæ velimus, sive bona sive mala; sub ratione boni adpetamus, necesse est: Et nullus dubito, quin salus nostra & mundi valde periclitaretur, si fieri posset, ut ea, quæ ut nobis, omni respectu, mala certissima & præsentissima, intuemur, adpetere valeremus. Sed, licet hac victi compe-
de, si nimirum aliud & fortius haud suppeteret vinculum, nimis facile extra orbitas per omnia devia, magna quidem festinatione, vagaremur, a scopo mirifice aberraturi. Nec nos ad finem semper recta duceret *instinctus fugaque naturalis.* Largior equidem, hosce nobis a Deo insitos esse, ut, beneficio eorundem, ad instar stimulorum, ad conservationem & felicitatem nostram quarendam fortius incitaremur: Et, quod si hisce calcaribus destitueremur, forsan aut nunquam aut saltem sero ad metam felicitatis pervenire contingeret. At vero locus, tempus & reliquæ circumstantiæ, sub quibus stimulis illis essentialibus seu mere naturalibus faciendum est satis, nostræ relictæ sunt libertati; quemadmodum & nostrarum partium erit, stimulos naturæ corruptæ, educationis perversæ, consuetudinis malæ & adfectuum æstuantium
val-

valde exorbitantes ab istis meræ naturæ instinctibus curatius distinguere. Provocant quidem & ad *sensum quendam habituales recti* conatum, cujus ope omnia devia, a via virtutis & felicitatis aberrantia, liceret evitare. Sed sapientia habituali *concreata*, per lapsum amissa, amissus & est sensus recti habitualis, ita ut jam non detur, nisi acquisitus. Concedendum quidem est, vestigia quædam habitus istius concreati post lapsum remansisse. Sed 1) hæc vestigia tantum quærenda veniunt in viribus hominum naturalibus, intellectu videlicet ac facultate attendendi & reflectendi; quarum quippe facultatum ope vel a priori ex natura humana & actionum humanarum cum fine divino ultimo collata; vel a posteriori ex confectionariis actionum humanarum sensu perceptis, ad finem eundem divinum relatis, cognitionem de moralitate seu bonitate ac pravitate actionum nostrarum liberarum & de legibus naturalibus ratiocinando nobis adquirimus: Quorsum respicit sanctus PAULLVS ubi dicit: *) *opus legis cordibus gentilium inscriptum esse*: Nam in quo tam præmissæ, unde ad leges naturales concludendum est, quam vires concludendi sunt, illi & conclusiones, quæ ipsas leges naturales exprimunt virtualiter inesse, statuendum est. Si quis objiceret, in nobis per experien-

*) Rom. II. 15.

rientiam dari sensum quendam connatum, quo principiis juris naturæ primis & clarissimis quam primum audiantur, ad sensum præbemus: repono, probandum esse, *talem sensum aliquid novi inferre, quod facultas nostra cognoscitiva, pro nuda quadam potentia sumta, & instinctus naturalis simul sumti non inferant.* Quod si objicis conscientiam; memor esto hanc, nisi per eandem, quod interdum fieri solet, *) *ipsas veritates morales, ad rationem objective sumtam pertinentes, intellexeris; nil nisi vel facultatem sibi ipsi aliquid imputandi, vel judicium de moralitate actionum propriarum denotare, & hinc, ratione utriusque hujus significationis habita, ad rationem subjective sumtam, in actu vel primo vel secundo consideratam, referri debere; 2) sensus recti, licet vel maxime connatus esset, tamen sibi necessario præstruit leges, jam obtinentes; ita quidem ut talis recti sensus præter æquum objiciatur, ubi de necessitate legum moralium disputamus. Quæ omnia & singula quum ita sint; nemo non videt, omnibus iis, quibus recta ad felicitatem pergere certum est, legibus opus esse, quibus actiones eorum rite ad finem determinatum possunt dirigi. Restant quidem adhuc, qui in via virtutis & felicitatis rationem præ duce amplectendam esse identidem in-*
gemi-

*) e. gr. ubi homo (vel nequissimus & maxime induratus) contra omnem conscientiam agere dicitur.

geminant. Sed, licet pro necessitate legum militem, tamen in castra horum ire nullus dubito, si per rationem intellexerint verissima & certissima dictamina sanæ rationis & conscientiae rectæ, quatenus nimirum hæc dictamina ipsas exhibent leges morales. Nec aliter explicandi sunt, qui urgent, rationem & conscientiam nos proprie obligare: Etenim aut hoc volunt, leges morales, quas dictamina sanæ rationis & rectæ conscientiae exponunt, nos obligare, aut ipsi (sit venia adfectui) nesciunt, quid sibi velint.

§. XXVI.

Et quid tandem ex felicitate fieret, si omnes cessarent leges? Quod si felicitas sine legibus obtineretur, fieri posset, ut homo prorsus, non obligatus ea præstaret, quæ ad felicitatem obtinendam requiruntur; sublata enim lege; tollitur obligatio. An vero omnem tollere licet obligationem? Si hanc tollis; tollis bona omnia malaque confectaria actionibus humanis connexa: Et hæc quidem ruina non est simplex; omnibus enim confectariis, quæ actionibus nostris moralibus connexa sunt, sublatis, eo ipso tollis *primo* omnem moralitatem actionum nostrarum tam internam, naturalem & objectivam, quam exter-

Continuatio argumenti ejusdem de legibus earumque necessitate.

nam,

nam, positivam & subjectivam. Quis enim nescit, omnem moralitatem actionum nostrarum liberarum consecrariis earundem bonis vel malis absolvi: Si omnem moralitatem tollis; simul omnem tollis virtutem & omnes actiones nostras objective indifferentes statuis, ita, ut per actiones maxime nefandas, in perniciem ac infelicitatem tuam aliorumque summam tendentes; itemque per actiones laudabiles istis nefandis oppositas, peræque tibi liceret esse felici. Quid vero magis, quam hoc, absolum esse potest? Immo revera eo ipso tollis omnem felicitatem & infelicitatem. Ergo ita & tollis id, quod præstruximus, & conditionem, sub qua demonstramus. Præterea sublatis omnibus actionum nostrarum consecrariis *secundo* tollis omnes elateres animi, omniaque motiva, quibus homo ad felicitatem quærendam determinaretur: Ita vero nec homo ad felicitatem adspirare potest; nam in nullius hominis potestate positum est, sine omnibus elateribus animi seu motivis late dictis serio & efficaciter aliquid velle. *) Vix mihi persuadeo, quod quis objiceret tritum illud HORATII: [*Oderunt peccare boni virtutis amore.*] Nam nemo hominum virtutem amare potest, nisi propter hujus bona jucundaque consecraria & ejus-

*) Conf. §. XVII. & §. XXV. de regula voluntatis nostræ psychologica.

ejusdem in nostram aliorumque felicitatem influxum.

Quum itaque, per prægressa, absonum sit; omnia consuetaria bona & mala actionibus humanis connexa tollere: itidem *absonum erit, omnem tollere obligationem, Ergo leges proprie sic dictæ, necessariæ sunt.* Hinc recte PUFENDORFIUS, *) igitur, inquit, *ne fœdissimus omnium animantium & miserrimus esset homo ex legem eundem vivere haud quidquam conveniebat. **)*

§. XXVII.

Qualis obligatio, talis lex. Obligatio divina est cogens. ***) Ergo Leges DEI sunt cogentes, & certo & omnes leges DEI, ex parte IPSIUS, sunt cogentes. Eas etiam, quatenus ad respectu salutem civitatis divinæ communem, publicæ. tanquam bonum ejusdem publicum, tendunt, itemque quatenus cives obligati ad DEUM referuntur, *publicas esse*, non est, quod multis probemus, quum hoc ipsum ex notionibus, quas jus civile universale de eo, quod in civitate publicum ac privatum dicitur, nobis subministrat, facillimo negotio inferri possit. Si autem ad diversitatem legum divinarum respicimus; potissimum hoc loco considerata venit, divisio earundem 1) *in naturales & positiva*

*) J. N. & G. lib. II. c. I. §. VIII, Tom. I. p. 149.

**) Conf. Sphum nostrum, XII.

***) §. XXIV.

vas & 2) in *fundamentales & non fundamentales*.
Iam de singulis, quantum scopus permiserit,
agendum est.

§. XXVIII.

Præter le-
ges Divi-
nas natu-
rales
etiam po-
sitive dan-
tur, tum
materiali-
ter tum
formaliter
tales.

Dari leges divinas, tam quod ad
materiale, quam quod ad formale,
naturales nemo sapientum dubitat.
SACER CODEX etiam docet, *dari*
leges positivas divinas stricte tales, non
per scopum civitatis divinæ in se con-
sideratæ, sufficienter determinatas,
eoque a voluntate divina effective
dependentes. Nec ratio sibi relicta,
causam ullam de harum existentia dubitandi
haber: Nam in omni civitate (quemadmo-
dum & in aliis societatibus) propter circum-
stantias, admodum contingentes & mutabiles,
sub quibus existit, præter necessarias, etiam,
tam ratione materiæ quam ratione formæ seu
clausulæ legalis habita, contingentibus opus est
legibus, pro diversitate circumstantiarum va-
riantibus. Has autem leges, nec circumstan-
tiæ civitatis semper sufficienter & distincte de-
terminant: Nam I) si ad materiale legis, seu
ipsam agendorum normam, respiciamus; sæpe
unius finis plura cogitari possunt remedia; ita
quidem, ut plurimis, immo sæpe omnibus sub-
ditis dubium incertumque sit, quodnam horum
reli-

reliquis præferendum. Quo casu opus est, ut summus imperans suam declaret voluntatem, ut subditi scire possint, qua ratione, in tali casu dubio, agere debeant: ut taceam, rationes sæpenuero dari politicas, quæ jubent, ut hoc vel illud, quod ante, tanquam in se & absolute nec bonum nec malum, libertati subditorum relictum erat; aut præcipiatur aut prohibeatur.

2) si ad formale legis, seu motiva & consecutaria legi connexa, respiciamus, motiva ordinaria non sub omnibus circumstantiis manent sufficientia: quum novis opus est motivis, iterum ab imperante determinandis. Ex casu priore leges, quod ad materiale; ex posteriore autem leges qua formale, positivæ proficiscuntur; licet nemo non videat, omnes leges, qua materiale, positivæ, formaliter etiam tales esse. Huc, ratione civitatis divinæ habita, accedit, quod finis divinus ultimus exigit, ut Deus nobis remedium supernaturale salutis sufficiens revelet, quum omnia remedia naturalia insufficientia sint. *) Hinc nova quædam oeconomia divina oritur supernaturalis, quæ sine omnibus legibus positivis concipi nequit. Cæterum probe animo tenendum est, DEUS, ut ens sapientissimum, nunquam ex rationibus mere subjectivis agere, sed semper, etiam in omnibus legibus suis positivis, rationes agendi unice ex bono civitatis suæ cummuni desumere.

E

§. XXIX.

*) §. XII. n. 7.

§. XXIX.

De poenis
& præmiis
divinis,
istarum-
que præ-
fertim fi-
nibus.

Quum in civitate divina opus sint leges non materialiter tantum sed & formaliter positivæ: adparet: *poenas & præmia divina etiam positiva dari.* Sed omnium *pœnarum divinarum*, quemadmodum & *præmiorum finis* nullus alius esse potest, quam salus & civitatis & singulorum civium, si uterque finis obtineri possit: Sin minus; saltem salus civitatis divinæ publicæ, *) cui certe privata omnis, in *vera* scilicet *collisione* cedat, oportet. **) Hinc colligere datur, omnes *poenas divinas* esse vel *medicinales*, quarum finis est emendatio punitorum, ***) vel *paradigmaticas*, ****) quatenus alii, iisdem poenis, a peccatis deterreantur, vel denique *satisfactorias*, quas quidem exigit bonum civitatis divinæ commune, ratione scilicet omnium eorum habita, qui nec beneficiis nec poenis, sive medicinalibus sive paradigmaticis, se eo adduci fuerint passi, ut sese legibus divinis

*) §. XXIV. *circa finem*, coll. §. XI. I.

*) Conf. §. XIX I. vid. & DARIESI *iustit. jurispr. univ.* §. 528. sqq. p. 280. seq. itemque *meas dilucid. & adnot.* ad l. c. *part.* VII. p. 14. sqq.

**) *Pro hoc uno fine alii duos adsumunt, scilicet 1) emendationem & 2) abstinentiam puniti a peccatis futuris (etiam aliis, quam propter quæ pœnæ inflictæ fuerint) quæ de re pro poenis medicinalibus statuunt pœnas, 1) correctorias, & 2) admonitorias.* vid. DARIESI *horas philos. sub-* *cisivas*, German. *collect.* II. §. 7. sqq. p. 158. sqq.

****) *Seu, ut vulgo loquuntur, exemplares.*

nis & fini divino ultimo conformarent; quum hi tanquam rebelles (ut salus reliquorum civium contra horum insultus, turbationes & morales corruptiones, tuta præsteretur & simul, ut *alii* horum exemplis, a peccatis deterreantur & vel, conversione facta, sese ad frugem bonam recipiant, vel in bono confirmentur) jure civitatis divinæ, justitia DEI id urgente, privantur & quasi in exsilium æternum, miserrimum quidem & infelicissimum, relegantur, *) unde patet, justitiæ divinæ itemque bono civitatis divinæ communi, poenis satisfactoriis, simul & eadem ratione fieri satis: Nam DEUS PROPTER SE-IPSUM, nulla, scilicet boni communis civitatis suæ habita ratione, nulla indiget satisfactione nec ullam exigit; **) quum IPSE nec peccatis nostris, imperfectior, nec, satisfactione quadam perfectior evadat. Siquidem igitur, peccatis, soli bono civitatis divinæ detrahitur pub-

E 2

li-

*) Legi meretur PLATO *de leg.* lib. IX. p. m. 928. ubi Atheniensis hospes ita loquitur: „Quos insanabiles legislator esse senserit, hoc ultimo afficiet supplicio, probe guarus, eos, vita si priventur, cæteris civibus duplici prodesse ratione: Nam horum exemplo a peccato cæteri, deterrentur & dein civitas ab hominibus pestilentibus ^(αἰσχροῖς) purgatur,“ conf. & AUGUSTINUM *de civitate DEI*, lib. XXI. c. XI. p. 976. tom. II. ed. Francof. et Hamburg. MDCLXI. ubi ita disserit: *Quod est autem de ista civitate mortali homines supplicio primæ mortis: „hoc est de civitate illa immortalis homines supplicio secundæ mortis auferre.“*

**) De Prov. XVI. 4. *infra* dicatur, nimirum §. XXXV. n. I.

lico: necesse etiam est; ut satisfactio, de qua loquimur, soli bono publico civitatis divinæ fiat. Nec finis divinus ultimus & notio justitiæ divinæ compensatoriæ vera, *) permittunt, ut aliter sentiamus. Sunt quidem, qui DEUM ut summum imperantem absolutum, sine omni fine punire posse statuunt. Si vero hoc verum esset; utique, me iudice, de sapientia & justitia, sineque divino ultimo prorsus actum foret. Nec ex juribus majestaticis imperii divini, immo ne quidem ex dominio divino, licet maxime illimitato tale jus inferri potest. **) Cæterum,

*) §. XXIV. vid. & meas *instit. metaphys.* §. 561. sqq. p. 452. sqq. nec non *instit. theol. dogm.* §. 44. sqq. p. 306. sqq. itemque WYTTENBACHII tentamen theol. dogm. Francofurti. ad Moen. MDCCXLVII. §. tom. I. §. 313. sqq.

**) Propter §. XXII. XXI. VIII. n. IV. Hinc & ipse magnus dormitavit GROTIUS de I. B. & P. lib. II. c. XX. §. IV. n. 2. p. CCCXIX. tom II. ubi urget, DEUM, *jure summæ libertatis & perfectionis vel summi domini, ἀπλῶς* punire posse, licet nil extra se quærat aut respiciat. Rectius, me iudice, PLATO apud ipsum GROTIUM I. c. n. I. p. CCCCLXVIII. *Non, inquit, ideo, quod peccatum est, exigitur supplicium, sed ne, tempore futuro, peccetur* (a punito scilicet vel aliis) Effata sacra. Deut. XXVIII. 63. *Jes. 1. 24. Prov. 1. 26.* ad quæ provocat GROTIUS, testantur quidem, DEUM lætitiæ & voluptatem vel ex ipsis poenis & malis impiorum capere: Sed cur? Nonne hoc fit propter influxum insignem, quem habent poenæ divinæ vel in emendationem punitorum vel in salutem civitatis divinæ publicam, si privata punitorum obtineri nequeat; unde & de poenis divinis æternis, quas GROTIUS opponit, judicandum est; de quibus cæterum con-

ferri

rum, quod adtinet ad fines poenarum; notandum est, plures eorum simul obtinere posse. Ita finis paradigmaticus cum fine tam medici-

E 3

nali

ferri potest mea dissert. *confutatio systematis fratrum misericordiae*. 4. Havn. MDCCLVII. vel & mea *theodicea*, itemque *acta nidrosiensia*, tom. I. p. 53-62. Si quis quærat, quomodo satisfactio CHRISTI vicaria cum hac mea sententia concilianda sit: regero, satisfactionem certe justitiæ divinæ præstitam esse; sed non propter DEUM offensu, ut nulla boni communis civitatis divinæ haberetur ratio: Etenim in ipso hoc spho monui, justitiæ divinæ & bono civitatis divinæ communi simul & eadem profus ratione fieri satis. Hanc ob causam nec video, cur DIODORUS, de Mitylenæis ad Athenientes verba faciens vapularet, quod apud THUCYDIDEM lib. 3. c. 44 dicit: *Non & interficiendos censebo, nisi id expediat*. Inferunt quidem hinc DEUM proinde peccata remittere posse, si id expediret: sed, sub hypothesi addita, conclusio concedi potest: Nam 1) satisfactione vicaria præstita, nil impedit, quo minus DEUS, ordine a SE præscripto, peccata remittat. 2) Si nulla satisfactio vicaria (expiatio, reconciliatio cum DEO vel redemptio peccatorum, quem quidem casum angeli lapsi præstant) præstrueretur; vel & tum dici posset, DEUM hosce peccatores certe non punivisse, nisi expedivisset seu salus civitatis divinæ publica id exigisset. Caterum lubentissime concedo, ex solo *luminerationis* nec æternitatem poenarum infernalium, nec necessitatem satisfactionis vicariæ apodictice demonstrari posse, nisi nova principia ad hoc tempus usque incognita, detegerentur. Sed sufficit 1) divinitatem SACRI CODICIS solide probatam esse & quemlibet, præjudiciis pertinacibus vacuum veritatisque cupidum de eadem certissimum esse posse. 2) eundem ideo codicem nil in se continere, dictamini *sana* rationis *vere* contrarium. Taceo, nos & necessitatem revelationis divinæ supernaturalis ex solo rationis lumine perspicere, conf, §, XII. n. 7. itemque meas

insit.

nali quam satisfactorio conjungi potest, immo semper, ex parte DEI, conjungitur, ubi poena medicinalis vel satisfactoria publice fuerit inflicta seu aliis innotuerit.

§. XXX.

De legibus divinis fundamentalibus & minus fundamentalibus; speciatim autem de lege DEI absolute fundamentali.

Leges considerantur vel quatenus finis aliquis, vel quatenus remedium aliquod, ad istum finem ducens, iisdem obtinebitur. Si illud; leges *fundamentales* seu subordinantes; Sin hoc; *minus fundamentales*, seu subordinatae dicuntur. Leges itaque fundamentales exprimunt finem aliquem vel ultimum vel non. Casu priore leges absolute fundamentales: casu posteriore; leges secundum quid fundamentales *obtinent*. Quum remedium aliquod (non omnium infimum) iterum finis esse possit, & (sine absolute ultimo excepto) vice versa: satis constat, *omnes leges secundum quid fundamentales, alio respectu, minus fundamentales, & (lege minus fundamentali remedium quoddam infimum exprimente excepta) vice versa.* Propositio: *Compone omnes actiones tuas morales ad felicitatem, in mundo, obtinendam; est lex divina*

instit. theol. dogm., ibidem excitatas. Quid GROTIUS, DITTON, REUSCHIUS, SCHUBERTUS alique VIRI de coetu christianorum sanctiore egregie meriti, in hoc campo praestiterunt, satis notum est.

na absolute fundamentalis, *) Hanc etiam publicam ac ex parte DEI, cogentem esse, ex superioribus, **) sine ullo infertur negotio. En simul principium totius juris naturalis primum & adaequatum, immo fundamentum omnium jurium divinatorum humanorumque. Ex hoc itaque principio deducenda veniunt principia ista recentiorum decantata: *Perfice te ipsum; Perfice te & alios, vel ita age, ut per te perfectiones in mundo ponaretur*; nam nisi hæc ad legem ipsam civitatis divinæ absolute fundamentalem reducantur, vix ac ne vix quidem, ea universalitate probari possunt, quæ adplicantur vel saltim, si impurissimum actionum humanarum fontem, egoismum nempe moralem, præcludere velimus, adplicari debent. Concedo quidem, multa officia erga proximum, tam perfecta quam imperfecta, ex principio: *perfice te ipsum*, (unde quidem illud alterum: *perfice alios*; deducant) derivari posse. Sed omnia & quidem ita, ut simul pateat, qua ratione in qualibet collisione exceptio rite instituenda sit, inde deducta esse, vel deduci posse, valde dubito, nisi ante ad nostrum recurratur principium, ex quo nimirum speciatim liquet, omnes homines ad DEUM relatos perfecte obligatos esse ad omnes suas actiones morales ita componendas, ut felicitas ipsorum & aliorum promoveatur.

E 4

Surc

*) §. I. XXIV.

**) §. XXVII.

*) Sunt alii, qui fines rerum essentialia primo juris naturalis principio habent. Sed 1) principium juris naturalis primum, si, uti par est, domesticum sit; Lex quædam naturalis esse (vel saltem lege quadam naturali exprimi posse) debet. Si autem omnes fines rerum essentialia legibus exprimimus, pro una innumeras habemus leges. 2) Fines rerum essentialia omnes fini divino ultimo subordinati sunt. Quapropter omnis finis alicujus rei essentialis, in casu veræ collisionis, fini divino ultimo cedit, oportet. Ergo lex, finem divinum ultimum exprimens, omnibus reliquis legibus, fines subordinatos exprimentibus prior est, iisque, in vera collisione, præferri debet; eoque hæc sola primum juris naturalis subministrat, principium: Nec aliter de lege ista naturali: *Perfectionibus rerum age convenienter*; sentio. Largior equidem, eandem, si ex fine divino ultimo, nec ex principio: *Perfice te ipsum*, veritatibus theologicæ naturalis haud in subsidium vocatis, inferatur; rectissime se habere: Attamen, quum perfectiones omnium creaturarum eoque & speciatim irrationalium felicitati naturarum ratione præditarum subordinatæ sint: Lex felicitatis, me iudice, etiam illa lege superior, ideoque eidem & præferenda est.

§. XXXI.

*) Conf. *Matth.* XXII. 39. & *I. Job.* III. 16.

§. XXXI.

DEUS vult (quemadmodum id & jure summi imperii sui exigit: *) ut omnes actiones nostras morales ad felicitatem in mundo promovendam componamus **) *Lex itaque divina, quam pro absolute fundamentali & primo totius juris naturalis principio habemus, voluntatem ***)* divinam, eamque absolute fundamentalem, exprimit. Hinc dijudicari potest sententia eorum, qui voluntatem divinam pro primo totius juris naturalis principio habent. Scilicet 1) si voluntatem divinam generatim primum juris naturalis principium statuunt, pro una lege innumeras exhibent. Nam DEUS vult, ut felicitatem in mundo promoveamus; ut nosmetipsos aliosque diligamus, ut neminem lædamus, ut pacta servemus & sic porro; adeo ut de qualibet lege naturali dici possit, eam voluntatem exprimere divinam. Quapropter, si voluntas divina pro primo juris naturalis principio habenda sit: voluntas divina absolute fundamentalis intelligenda est. 2) Ostendendum est, quid DEUS velit: ita ut voluntas IPSIUS lege quadam absolute fundamentali perspicue enunciatur; Quod ubi fiat, nul-

Devoluntate DEI, an & quatenus sit lex civitatis divinæ absolute fundamentalis seu primum juris naturæ principium.

E 5

lus

*) §. XVII. sqq. præsertim §. XXIII. sqq. coll. §. IX.

**) §. XXX.

***) Quæ hic sumitur objective.

lus dubito, quin omnes eruditorum, qui finem divinum ultimum a me rite determinatum esse concedant; legem felicitatis, ceu primam & absolute fundamentalem, amplectantur.

§. XXXII.

Homines perfecte obligati sunt ad DEO obediendum & confidendum &c. & hinc DEUS, qua summus & absolutus noster imperans, jure exigit, ut omnes actiones nostras morales ad præscriptum IPSIUS componamus.

Ex iis, quæ jam probavimus; principiis scilicet philosophiæ moralis notissimis in subsidium vocatis: *) sine ulteriore ambage colligitur, omnes homines perfecte obligatos esse, ad DEO, ceu summo eorum imperanti, obediendum & confidendum nec non ad EUM diligendum & timendum. **) Obedientia est vel oculata, vel cæca. Illa rationibus voluntatis imperantis perspectis; hæc autem sola voluntate ejusdem, rationibus jussorum non perspectis, nititur. Quum DEUS certissime nil velit, legibus naturalibus contrarium; sed id tantum jubeat, quod ad felicitatem in mundo conservandam ac promovendam facit. ***) & ad quod nos omnes, nimirum ad IPSUM relati, perfecte obligati sumus ****) IPSI semper & sine ulla restrictione

*) Vid. DARIUSII *philos. mor. germ.* §. 543. sqq. P. 357. sqq.

**) §. XXVI. XVII. XXII.

***) §. XXII. XI.

****) §. XXIII.

strictione, adeoque et, rationibus voluntatis ac jussorum IPSIUS non perspectis, obtemperandum est. Quapropter *DEO*, ubi nimirum rationes jussorum divinorum non perspicere licet, *caecam præstare debemus obedientiam* *) Nec mirum nobis videri potest, *DEUM* *caecam* a nobis requirere obedientiam: Etenim 1) propter imperium *EIUS* absolutum & prorsus nullis humani arbitrii limitibus circumscriptum, nullum habemus jus ab *EO* postulandi, ut nobis rationes exercitii imperii sui, suorumque jurium majestaticorum, reddat. 2) Propter limitationes intellectus nostri totum nexum finalem divinum non perspicere valemus: Quæ de re multa decreta & jussa divina non possunt non nobis esse obscura; adeo, ut eadem perscrutari nobis non contingat; **) 3) Nec salus nostra necessario requirit, ut rationes voluntatis divinæ semper habeamus perspectas, præfertim, quum quilibet nostrum eam de sapientia, sanctitate, bonitate & justitia divina convictionem habere debeat; ut nulli unquam dubitemus, *DEUM* semper optime agere, & ex felicitate creaturarum rationalium rationes omnes agendi desumere, ita ut nullus homo, nisi ipse fuerit in culpa, pereat. Quæ quum ita sint; manifestum est, *DEUM*, *qua summum*
Et prorsus

*) Conf. 2. Cor. X. 15.

**) Vid. Rom. XI. 33. 34.

Et prorsus absolutum nostrum imperantem jure a nobis exigere posse, ut omnes actiones nostras morales ad IPSIUS præscriptum conformemus, licet vel maxime nobis nullas præscripti revelaverit rationes. Hinc etiam DEUS, in SACRO CODICE, auctoritate imperatoria & majestate stili, IPSO, ceu summo & prorsus absoluto omnium hominum imperante dignissima, præcipit, prohibet, permittit, minatur, terret, consolatur, erigit, poenas & præmia temporalia ac æterna denunciat. Cæterum patet 1) summa opus esse cautione, ne placita humana pro divinis habeamus. 2) Nos operam dare debere, ut obedientia nostra erga DEUM, quoad ejus fieri poterit, sit oculata: Nam ideo rationem nobis dedit DEUS ut eadem recte & pie uteremur. 3) Fiduciam nostram in DEUM, immo & reliquas vires nostras, in via virtutis & felicitatis, remediis supernaturalibus sublevandas, esse. *

§. XXXIII.

Perfekte obligati sumus ad gloriam divinam illustrandam; at tamen hæc non est finis divi-

Ubi DEO obedimus, & confidimus, EUMque diligimus ac timemus, ex voluntate IPSIUS & reliquis perfectionibus divinis infinitis rationes seu motiva agendi repetimus. Quare, quum obligati simus ad DEO obediendum ac confidendum, nec non ad EUM diligendum ac timendum:

etiam

*) §. XII. n. 7.

*) etiam nos motiva omnium actionum nostrarum moralium, omniumque officiorum erga nos & alios observandorum, ex infinitis perfectionibus divinis oportet desumere. Quum vero hoc sit; *gloria divina illustratur, DEUSque colitur, & eo ipso Religio pietasque exercentur.* **) Proinde nos omnes ad gloriam divinam illustrandam, ac ad religionem pietatemque exercendam moraliter adstringimur. Ita quidem, ut, sine illustratione gloriæ divinæ & religione, nulla obtineri possit felicitas. Illustratio itaque gloriæ divinæ est remedium felicitatis. ***) Qui efficaciter vult finem, is & remedia omnia convenientia vult, sine quibus finis obtineri nequit. Ergo, quum DEUS felicitatem creaturarum rationalium, tanquam finem creationis, voluerit: *necesse est, ut & per creationem illustrationem gloriæ suæ seu religionem intenderit. Nullum itaque dubium est, quin & illustratio gloriæ divinæ finis creationis fuerit.* Sed vero, quum illustratio gloriæ divinæ sit remedium felicitatis: fini alicui ulteriori subordinata est & hinc pro fine creationis ultimo haberi nequit. Manifestatio perfectionum divinarum:

nus, nisi subordinatus; licet felicitas civitatis divinæ & gloria DEI illiusque illustratio nunquam vere collidantur.

Hæ

*) §. XXXII.

**) Vid. meas *instic. theol. dogm.* §. 13. cap. I. prol. p. 27.

***) §. XXXI, XXX.

Hæ autem considerantur vel ut determinationes DEI internæ, nulla cognitionis spirituum finitorum habita ratione; vel quatenus a spiritibus finitis agnoscuntur. Si prius; *Gloria DEI interna*: sin posterius; *Gloria DEI externa*, obtinet. *Gloriam DEI internam* ipsis perfectionibus divinis summis & æternis constantem, *nemo pro fine creationis ultimo habere potest*; quum DEUS hæc perfectiones suas certissime non per creationem adquisiverit aut, auxerit. Quare, si gloria DEI foret finis divinus ultimus, utique gloria IPSIUS externa, seu cognitio perfectionum divinarum, intelligenda esset. Sed cognitio perfectionum divinarum itidem est remedium religionis & hinc felicitatis. *) Quapropter *nec* cognitio perfectionum divinarum, seu gloria DEI externa, finis creationis ultimus dici potest. Concedo equidem, religionem & felicitatem alicujus hominis ad gloriam DEI manifestandam & illustrandam itidem facere, & ita gloriam DEI ex religione & felicitate hujus hominis sequi. Sed hæc eadem gloria DEI iterum remedium religionis & felicitatis hujus ejusdem hominis aliorumque præstat, & hoc ipsum de omni gloria divina, quatenus (quod probe notandum est) *ut finis a DEO intentus consideratur*: Quod si itaque gloriam aliquam DEI ponis, quæ non, ut

*) Conf. Jo. XVII. 3.

ut remedium religionis & felicitatis majoris & ulterioris promovendæ, ex creatione & nexu finali divino, itemque felicitatis creaturarum rationalium actuacione sequi concipitur; ista prorsus non pro fine aliquo a DEO intento haberi debet: Nam non omne, quod ex actionibus alicujus entis intelligentis sequitur, licet hoc per se fiat, ut finis ab ipso intentus considerari potest. Haud quidem nego, ens intelligens sapiens & benignum omnes usus actionum suarum prævisos intendere. Sed gloria DEI, ubi non ut remedium religionis & felicitatis civitatis divinæ consideratur, non ut usus vel utilitas ex actionibus divinis secuta concipi potest: Etenim hic usus vel hæc utilitas aut in mundum, & speciatim civitatem divinam, aut in DEUM redundaret. Sed in mundum & speciatim civitatem divinam non redundabit; hoc enim contra hypothesin est. Nec in DEUM redundare potest: Etenim, si hoc esset, fieri posset, ut aliquid DEO utile esset, & ita ad perfectiones divinas vel conservandas vel augendas non nihil faceret, q. a. Homo quidem sapiens honorem verum modeste quærere potest, quatenus hic honor remedium suæ aliorumque perfectionis promovendæ esse poterit. Sed, ecquis statueret, DEUM, suæ IPSIUS perfectionis promovendæ ergo, aliquem honorem quæsiturum esse? Quod itaque quum admitti

nequeat; potius adserendum est, DEUM gloriam NOMINIS SUI, honorem summum, summamque venerationem, reverentiam & adorationem ideo unice velle, jubere, sibi que soli vindicare, quia optime novit, inter honorem SUI & salutem civitatis SUÆ tam arctum intercedere nexum, ut, illo sublato, etiam hæc necessario tollatur; Ex quo simul patet, felicitatem creaturarum rationalium publicam & gloriam divinam nunquam collidi posse: Quare nec quæri potest, utra, in collisione alteri, cedere debeat. Aliter vero de salute privata temporaria hujus & illius hominis, ad tempus infelicis & item de salute æterna alicujus sua culpa pereuntis, sentiendum est: Etenim tam gloria divina, quam salus & felicitas civitatis divinæ interdum exigit, ut hic vel ille homo cum miseria & infelicitate temporali conflictetur, vel & supplicio divino extremo ac gravissimo adficiatur. *)

§. XXXIV.

Confutatio objectionis contra finem divinum ultimum, ut

Verum objectiones prævideo, una plures, quas omnes sicco pede præterire haudquaquam liceret. Harum itaque eas, quæ maximam speciem præ se ferre videntur, refutare conabor. Ad duplicem autem classem

*) Conf. §. XXIX.

fem referri possunt. Ad priorem pertinent, quas dissentientes ex lumine rationis repeti posse urgent: Harum autem unam tantum, ad instar omnium discutiamus: quæ quidem ita formatur: *Finis ultimus creationis est finis, quem DEUS, per totum mundum, adtuendum esse voluit. Talis autem finis in mundo poni nequit. Sed vero nec in DEO poni potest, quia IS nullius rei indiget nulliusque perfectionum incrementi capax est. Ergo finis ultimus creationis in relatione DEI ad mundum ponendus est. Hæc autem relatio prorsus alia esse nequit, quam perfectionum divinarum manifestatio. Ergo hæc ipsissima manifestatio pro fine ultimo creationis haberi debet. sed, ut respondeam, omnia redeunt ad primam propositionem, in qua notio finis creationis ultimi exponitur, quam, utpote ambiguam, ita determino; Finis ultimus creationis est finis, quem DEUS per omnes substantias mundanas omnesque earum operationes tum actiones tum passiones, obtinendum esse voluit. Si objicis, finem creationis ultimum etiam omnes status omnium substantiarum mundanarum, eoque & felicitatem spirituum finitorum, sibi necessario præstruere: moneo, justo plura; & quidem ea ipsa, quæ in discrimen veniunt, præstrui; quod quidem fieri non posse, logicus dixerit. Urgeo potius iterumque urgeo, finem ultimum mundi, qua*

a nobis de-
termina-
tum;
quam ex
lumine ra-
tionis for-
mari pos-
se urgent.

F

crea-

creati, adeoque substantialis, in accidente quodam seu adfectione quadam, & speciatim statu quodam accidentali substantiarum finitarum, ponendum esse. Contrarium probetur velim. Interim, finem ultimum creationis in ipso mundo ponendum esse, censeo: Et ita, fundamento destructo, totum corruiit ædificium. Cæterum cum dissentientibus sumamus, finem ultimum creationis, relationem quandam DEI ad mundum, & speciatim manifestationem perfectionum divinarum, esse; & propius videamus, quid ita statuatur. Quum hæc manifestatio perfectionum divinarum, secundum dissentientes, nec in DEO nec in mundo ponenda sit; ubinam, quæso, locorum, tum demum poneretur? Nonne DEUS *suis operationibus* in mundo contingentibus, sive ordinariis sive extraordinariis earumque effectibus, suam manifestat gloriam? An autem hæc operationes divinas earumque effectus, *ipsum quidem actum manifestationis involventes*, alibi, quam in mundo, quæreremus? Porro quæritur, cur DEUS manifestationem perfectionum suarum *intenderet*? Nonne ipsi dissentientes doctissimi concedere debent, hoc ipsum a DEO fieri, ut Spiritus finitos, si non improbos malitia insanabili laborantes; tamen reliquos in statu viæ vel beatitudinis versantes, ad honorem, reverentiam, timorem, amorem & cultum SUI IPSIUS excitet

tet & moveat, vel & in hoc ipso cultu, magis magisque confirmet eorumque simul salutem promoveat & tandem contra omnes insultus tutissimam præstet. En finem vere ultimum, si finis pro scopo intento sumitur, quem alias *finem motionis* vocant. Si quis autem gloriam DEI *pro fine terminationis* haberet, memor esto, hunc non semper esse finem motionis; ut taceam, gloriam DEI externam, de qua jam agimus & felicitatem spirituum finitorum propter arctissimum & necessarium, qui illis intercedit, nexum, eandem habere durationem & æternitatem.

§. XXXV.

Quod ad *posteriores classes objectionum* seu effata SACRI CODICIS adtinet, quæ nobis opponuntur: Huc, imprimis, sequentia referri debent:

Ad dubia ex effatis sacri codicis repetita respondetur.

I. Prov. XVI. 4. ubi SALOMON, secundum versiones vulgares, *omnia*, inquit, *fecit DOMINUS propter seipsum; etiamque impium ad diem mali.* Sed I) vox ebræa; *) quam reddunt: *propter se ipsum; etiam, & quidem commodissime, reddi potest: in responsionem sui: **)* Qua explicacione admissa, effatum

F 2

hoc

*) למענהו (Lammaanehu)

**) Vid. DANZII interp. §. 124. p. 150. ed. Jen. 7. coll. GEIERO in Prov. nec non MICHAELI in adnot. uber. in hagiogr. Vol. I, ad h. l.

hoc duplici præsertim ratione exponi solet. Nimirum a) multi exegetæ verba ista: *in respon- sionem sui; ad τὸ omne; *)* quod scilicet DEUS fecit seu operatus est, referunt, ita, ut sensus hic esset. *Inter omnia, quæ DOMINUS operatus est, seu ordinavit & disposuit, talis inter- cedit nexus & harmonia, ut omnia, quin etiam ho- mines impii & judicia divina, sibi egregie responde- ant, β)* alii suffixum, seu pronomen, in verbis allatis ad ipsum referunt DEUM, quum sensus esset: *DOMINUS omnia ordinavit & disposuit suis perfectionibus infinitis convenienter, ita quidem ut & judicia divina impium, justitiæ divinæ confor- miter, maneant: Quæ quidem explicatio conve- nientissima esse videtur. Quodnam jam in his- ce SALOMONIS verbis pro opinione doctissi- morum dissentientium inveniretur præsidium?*

2) Sumamus cum dissentientibus, verba hæc (quod tamen non concedimus) exigere, ut sta- tuamus, DEUM mundum creasse, propter SE- IPSUM suamque gloriam, tanquam causam quandam finalem: Ita autem, quæritur, cur gloriam suam, suis operibus manifestatam vo- luit OPTIMUS MAXIMUS DEUS? certe non ex indigentia naturæ id factum voluit: Ergo, quod ipsi concedere debent dissentientes, ut honorem SUI, reverentiam & timorem nec non religionem, eoque & *felicitatem, in mundo*

pro-

*) לך

promoveret. Omnia itaque ejusmodi dubia, me iudice, potissimum inde proficiscuntur, quod gloria DEI & felicitas civitatis divinæ, præter æquum, sibi invicem opponuntur.

II. Rom. XI. 36. *Ex (vel ab) EO & per EUM & ad EUM omnia sunt.* Hinc ita concludunt: *Si omnia ad DEUM tanquam finem tendunt, sequitur, ut gloria divina externa sit finis divinus ultimus. Atqui verum est prius: Ergo & posterius.* Sed 1) quod ad antecedens, seu hypothesin, adtinet, monendum est, non omnes interpretes verba ista: *εις αὐτον* (ad ipsum) de DEO, tanquam fine exponere; Sunt enim, qui hæc verba de causa exemplari intelligunt, adeo ut sensus hic esset: *DEUS in suis operibus, non ad præscriptum vel exemplar alterius, sed potius ad proprias ideas, ut archetypas, sese conformavit.* Notum etiam est, præpositionem *ἐς* hanc interpretationem non respuere. 2) Finis, de quo in argumenti *antecedente* dicitur, non potest esse formalis. Ergo finis objectivus hoc loco intelligendus est; Sub qua conditione antecedens admitto. Sed ita consequentiam majoris nego, & ex antecedente, adsumto potius hanc infero conclusionem: DEUS est finis ultimus objectivus; & ita nil beneficio hujus effati, aliis nimirum principiis evidentibus, haud in subsidium vocatis, deceditur: Etenim, salvo hoc eodem fine ultimo objectivo, finis ultimus

formalis, de quo disputamus, potest esse vel gloria DEI externa vel felicitas spirituum finitorum, & quidem hæc, quatenus eadem in communione cum DEO & possessione ac fruitione IPSIUS, tanquam summi boni objectivi spirituum finitorum, ponitur. Si itaque certi quid, in hac re, definiatur, aliunde, utrum membrorum adductorum ponendum sit, probandum, vel ut probatum adsumendum, est. *) 3) Quatenus gloria divina externa & felicitas civitatis divinæ, remedii & finis ad instar, connexæ sunt; concedo DEUM, summum nostrum bonum & ultimum finem objectivum, etiam gloriam suam, tanquam remedium felicitatis pro fine habuisse. Inde autem non sequitur, ut gloria divina sit finis *præcise ultimus*. Si quis objiciat, *gloriam divinam etiam ex felicitate spirituum finitorum* resultare: ut ante, **) repono, a) hanc gloriam divinam ex felicitate spirituum finitorum resultantem iterum ad eandem felicitatem, in majorem gradum provehendam, facere posse, & ita remedium felicitatis continuum & æternum præstituram esse. β) Si quis hanc vel illam manifestationem gloriæ divinæ, ex operibus & effectibus DEI resultantem non remedium felicitatis statueret, adsertum probet; ut taceam, ejus partes & exigere, ut probet, talem

*) Vid. probationem nostram §. XXXIII. XXXIV. I.

**) §. XXXII.

lem manifestationem, si (quod tamen vix ac ne vix quidem mihi persuasero) daretur, a DEO fuisse intentam. Quem demum usum hanc habituram esse, arbitrabitur, quum, per hypothesein dissentientium, nec DEO nec civitati divinæ utilis foret.

III. Eph. I. 5. 6. Qui prædestinavit nos, ut nos adoptaret in filios, per IESUM CHRISTUM, in sese, pro benevolo affectu voluntatis suæ: ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis acceptos reddidit in illo dilecto. Ex quo effato patere urgent, finem ultimum creationis fuisse gloriosæ gratiæ divinæ laudem. Sed, ne multus sim 1) quaeritur, nonne hæc gloriosæ gratiæ divinæ laus religioni, eoque & felicitati civium DEI & præsertim coelitum, promovendæ egregie inserviat? 2) Probetur, DEUM aliam laudem gloriæ suæ, quam hanc, quæ a civibus EIUS in ipsorum utilitatem fiat, intendisse. Si objicias, DEUM SUI honore & laude lætari & insignem inde capere voluptatem: regero, DEUM hanc lætitiæ & voluptatem ex honore & laude sui percipere, non propter SEIPSUM, seu propter perfectionem quandam, quam IPSE inde sortiretur, sed unice ob accessionem, quam civitas IPSIUS & ejusdem salus ita capit. Si DEUM, alias ob rationes, suam quandam voluptatem ex laude gloriæ suæ, vel generatim ex suis operibus & rebus creatis earumque perfectionibus,

percipiendam vere *intendisse*, putaveris, has rationes indigites, velim: Mihi certe haud liquent.

IV. APOC. I. II. ubi Christus dicit: *Ego sum Alpha & Omega, primus & ultimus*, coll. Jes. XLI. 4. XLIV. 6. Ad quæ effata, omnibus ambagibus missis, sequentia momenta urgeo, 1) Primus & ultimus dici potest non tantum omnibus aliis absolute prior & posterior; sed & is, quo nullum aliud ens prius & posterius est. conf. Jes. XLI. 4. & cogita immortalitatem animarum; ut taceam, *possibilitatem* æternitatis mundi a multis philosophis statui. 1) DEUS proprie dicitur *primus & ultimus*, eo quod unicuique fons omnis felicitatis & absolute ac exclusive summum bonum objectivum, eoque & summus & ultimus finis objectivus omnium rerum, cujus igitur gratia & communi omnibus iis summe opus est, qui ad veram & denique perfectam aspirant felicitatem. Hinc in altero effato Jesaiaë citato, cap. XLIII. comm. 6. IPSE DEUS ita loquitur: *Ego sum primus & ultimus & præter me nullus est DEUS*, conf. & 1 Cor. XV. 28. ubi PAULUS dicit, quod *DEUS OMNIA IN OMNIBUS* sit: Quibus verbis quid sublimius esse potest? *)

§. XXXVI.

*) Sic et sentit, A. G. BAUMGARTENIUS in *æstheticis*. §. 300. p. 181. ubi de hoc & duobus aliis effatis sacris tale profert iudicium: *Sic magnum in maximis, quod Longino vehementer placuit: Sic lux & fuit. Majus est, τὸ μέγα. Maximum: Sic Deus omnia in omnibus.*

§. XXXVI.

Quum lex felicitatis universi vel civitatis divinæ & lex gloriæ divinæ (illustrandæ) adeo connexæ sint, ut æque late pateant & nullus casus dari possit, in quo vere colliderentur, ita ut una alteri cederet, *) lex autem felicitatis sit absolute fundamentalis, **) adeo ut omnes aliæ leges, sive naturales sive positivæ, huic in vera collisione, debeant cedere: statuen- dum est, *etiam legem gloriæ divinæ illustrandæ omnibus aliis legibus, tum naturalibus tum positivis, ubi casus veræ collisionis obtinuerit, præferendam esse.* Hinc efficitur, DEUM *super omnia timendum & diligendum esse.* ***) Id quod vel & inde satis superque patet, quod omnia officia nostra, erga nosmetipsos & alios, observanda ex motivo voluntatis ac gloriæ divinæ, ideoque & religionis fieri debent. ****) Ex quo simul adparet, *omnia officia erga nosmetipsos & alios homines observanda, certo respectu (non quidem materialiter & objective, at tamen formaliter) officia erga DEUM vocanda esse.* Nil ut in superiori-

bus,

G

Lex gloriæ divinæ illustrandæ est lex fundamentalis, nulli alii in collisione vera, cedens; adeo ut DEUM, super omnia, timere & diligere debeamus & omnia officia nostra sint, certo respectu, officia erga DEUM.

*) §. XXXII. XXXIII.

**) §. XXX.

***) Vid. Matth. XXII. 37. Luc. XIV. 26.

****) §. XXXIII.

bus, *) jam monuimus, Deo præstare possu-
mus IPSI utile futurum; sed omnis utilitas ex
observatione officiorum DEO præstandorum
oriunda in nosmetipsos aliosque redundat:
*Quamobrem nulla officia erga DEUM eo sen-
su dantur, ac si nos aliquid DEO utile præstare
valeremus. Ubi officia erga DEUM hoc sen-
su admitteret, necessario statueret, gloriam DEI
internam vel voluptatem divinam aliquid, quod
beatitas DEI sine dubio requireret, ex nostris
officiis & actionibus lucraturam fore. q. a. **)*

§. XXXVII.

De pro-
mulgatio-
ne omni-
um legum
divina-
rum.

Si hunc mundum ad suum aucto-
rem DEUM referimus & curatius
omnia attributa divina, mente veri-
tatis cupida, consideramus; sine omni
dubio finem DEI ultimum ***) EIUS-
que summum ac absolutum in omnes spiritus
finitos imperium, ****) & hinc deductam le-
gem civitatis divinæ absolute fundamentalem,
*****) vel solo lumine rationis adjuti, detegi-
mus. Ex lege autem hac absolute fundamen-
tali omnes reliquæ leges naturales, ad naturas
rerum, ac præsertim naturam humanam & actio-
num humanarum earumque consecutaria adten-
den.

*) §. XVI.

**) §. XXI. coll. §. I. demonstr.

***) §. I. coll. §. XXXIII sqq.

****) §. XVII. sqq. item, §. IX. 6. §. XXX.

dendo & reflectendo, a nobis deduci possunt.
 *) Ergo talis rerum naturalium constitutio a summo nostro imperante DEO facta est, ut notitiam voluntatis IPSIUS absolute fundamentalis omniumque legum divinarum naturalium, recte ratiocinando, attendendo & reflectendo, habere possimus. Actus, quo quis efficit, ut alter cognitionem legis ab ipso observandæ habere possit, audit *promulgatio legis* estque vel *expressa* vel *tacita*, prout actus iste, quo promulgatio fit, vel verbis vel aliis absolvitur factis. Proinde DEUS *omnes leges naturales nobis certissime promulgavit.* Hoc ipsum autem, *natura*, tantum *tacite* factum fuisse, non est, quod probemus. Lex non promulgata, non obligat. Ergo & *omnes leges positivæ divinæ*, quas DEUS hominibus præscripserit, iisdem *promulgatæ* sunt. Hanc autem *promulgationem expressæ & supernaturaliter* factam esse, SACRÆ LITTERÆ docent. Immo supra, **) ex solo rationis lumine, probavimus, leges divinas positivas supernaturales, sine dubio, existere & hinc jam promulgatas esse. DEUM autem & jus leges suas promulgandi habere, sine probatione ulteriore satis patet.

§. XXXVIII.

Potestas legislativa est jus leges ab alio observandas determinandi &

De potestate DEI

G 2

pro-

*) §. XXX. sqq.

**) §. XXVIII.

legislato- promulgandi, eumque ad actiones
 ria ejus- suas morales iisdem legibus confor-
 que fun- mandas perfecte obligandi. DEUS,
 damento qua summus & absolutus noster im-
 adæquato. perans, habet jus omnes leges, quas velit, *)
 nobis præscribendi, **) sufficienter determi-
 nandi, ***) itemque promulgandi, ****) DEO
 & competit jus nos omnes, IPSI maxime sub-
 jectos, †) perfecte obligandi ad omnes actio-
 nes nostras morales legibus IPSIUS tam natu-
 ralibus quam positivis, vel cæca (si oculata
 obtinere nequeat) obedientia, ††) conforman-
 das, †††) Ergo DEUS & *qua SUMMUS &
 ABSOLUTUS civitatis suæ IMPERANS pote-
 statem habet legislativam, absolute summam & nul-
 lis arbitrii spirituum finitorum limitibus circum scrip-
 tam, qua summo & simul æquissimo, ††††) ju-
 re postulat, ut omnes spiritus finiti sese totos
 ad leges IPSIUS conforment. Patet itaque,
 fundamentum proximum & adæquatum potestatis legis-*

*) §. XXXII. XXV, XXI. XX. XIX. XVII. & præfer-
 tim XVI.

**) §phis civitatis, præfertim §. XXXII. & XXV.

***) §. XXVII. XVI.

****) §. XXXVII.

†) §. XIX. XX. XXI.

††) §. XXXII.

†††) §. XXVII. XXIV. XXIII.

††††) §. XXX. XXII. coll. §. I.

legislatoriæ, qua DEUS, in revelatione præsertim,
 *) exigit, ut homines suas actiones morales ad IP-
 SIUS præscriptum componant; nullum aliud esse
 posse, quam imperium divinum in nos omnes
 illudque summum, **) absolutum, ***) ne-
 cessarium, ****) & despoticum. *****) Id, sed
 simul justissimum, †) benignissimum & vere
 paternum, ††) Quodsi autem de fundamento
 hujus imperii divini quæris: illud non in dominio
 tan-

*) §. XXXII.

**) §. XIX.

***) §. XX.

****) §. XX.

*****) §. XXI.

*****) De justitia acquisitionis agit §. XX. coll. §.
 XVIII. XIV. XV. itemque §. IX. de justitia rectoria &
 quidem a) consequente & retributoria seu compensatoria,
 §. XXIX. β) legislativa seu antecedente & dispositiva §.
 XXIII. & præsertim §. XXX. sqq. de æquitate seu justiti-
 æ (tam legislativæ quam compensativæ) sit venia vo-
 ci, impartialitate, §. XXIX. XXI. XXX. ex quibus sp̄his
 satis patebit, DEUM nunquam ex motivis adparentibus
 agere posse, & hinc ab omni partium studio esse remotis-
 simum. De justitia æquatoria non est, quod multis di-
 cam; Etenim hæc ad justitiam divinam vel remunerato-
 riam vel punitivam refertur. Si prius; merita stricte
 dicta. (actiones bonas alteri utiles, ad quas meritis non
 fuerit obligatus) præstuit; qualia merita hominum in
 foro divino haud obtinent (per §. XXX. XXIII. nec non
 §. XXI) Sin posterius notandum est DEUM in poenis
 actu

tantum divino reperies, *) sed & ex jure *DEI*
in finem suum ultimum, dominio divino haud
præstructo, rite deducere poteris. **)

actu infligendis, non tantum ad peccata, sed & ad publi-
cum civitatis suæ salutem semper respicere. §. XXIX, coll.
XVII, dem. 6. §. XXII.

*) Vid. §. IX.

**) Vid. §. XI. sqq.





